N'ayant vu, ni pu voir qu'erreur, inconséquence,  
Ce que c'est que savoir, ce que c'est qu'ignorance,  
Evidence, prestige, et doute et fausseté?

Et toi que, par ma voix, instruit la vérité,  
Apprends que c'est dessens, d'eux seuls qu'elle peut naître;  
Qu'en eux seuls et par eux tu peux la reconnaître,  
Et qu'enfin ton esprit ne peut les réfuter.  
Comment le pourrait-il? peut-il jamais douter  
De ces organes sûrs, qui, par leur énergie,  
Du faux, par le vrai seul, confondent la magie?  
« Ma raison, par eux-même, apprenant leurs défauts,  
« S'élève... » Ta raison, dont ils sont les flambeaux,

Tactus? an hunc porrò tactum sapor arguet oris?  
 An confutabunt nares , oculive revincent?  
 Non , ut opinor , ita est : nam seorsùm quoique potestas  
 Divisa est ; sua vis quoique est ; ideòque necesse est ,  
 Quod molle aut durum est , gelidum fervensve , seorsùm  
 Id molle aut durum , gelidum fervensve videri ;  
 Et seorsùm varios rerum sentire colores ;  
 Et quæcunque coloribu' sunt conjuncta , necesse est :  
 Seorsùm item sapor oris habet vim , seorsùm odores  
 Nascuntur , seorsùm sonitus : ideòque necesse est  
 Non possint alios alii convincere sensus :  
 Nec porrò poterunt ipsi reprehendere sese ;  
 Æqua fides quoniam debet semper haberi :  
 Proindè , quod in quoque est his visum tempore , verum est .

Et , si non poterit ratio dissolvere causam ,  
 Cur ea quæ fuerint juxtim quadrata , procul sint  
 Visa rotunda , tamen præstat rationis egentem  
 Reddere mendosè causas utriusque figuræ ,  
 Quàm manibus manifesta suis emitere quæquam ,  
 Et violare fidem primam , et convellere tota  
 Fundamenta , quibus nixatur vita salusque :  
 Non modò enim ratio ruat omnis ; vita quoque ipsa  
 Concidat extemplò , nisi credere sensibus ausis ,  
 Præcipitesque locos vitare , et cætera quæ sint  
 In genere hoc fugienda ; sequi , contraria quæ sint :  
 Illa tibi est igitur verborum copia cassa  
 Omnis , quæ contra sensus instructa , parata est .

Qui leur doit tout son être , et , sans jour , sans système ,  
S'ils peuvent l'égarer , n'est qu'erreur elle-même !  
Qui peut donc l'en instruire et les leur reprocher !  
Voit-on jamais le goût accuser le toucher ,  
Ou le toucher l'oreille , ou l'oreille la vue ,  
Ou bien , par l'odorat , celle-ci confondue ?  
Non , chacun a ses droits , son pouvoir limité :  
Froid , chaud , humide , sec , mollesse , dureté ,  
L'un en décide seul ; affranchi des distances ,  
L'autre peut seul juger des couleurs , des nuances ;  
Celui-ci des saveurs , celui-là des parfums ,  
Un autre enfin des sons ; n'ayant nuls droits communs ,  
Comment donc pourraient-ils s'éclairer l'un par l'autre ?  
Bien sûrs de leur aveu , forçant toujours le nôtre ,  
Comment pourrait , par soi , chacun se corriger ?  
» Leur rapport , en tout temps , n'est donc point mensonger « ?  
Mensonger ! Non sans doute , et si , trop téméraire ,  
Ma raison cherche en vain pourquoi , par quel mystère  
Cette masse , en carré s'élevant dans les cieux ,  
Dans un lointain profond , paraît ronde à mes yeux ;  
J'aimerais mieux encor me tromper sur la cause  
Que d'ébranler la base où mon être repose ,  
Et , sans croire à mes sens qui ne me trompent pas ,  
Abandonner le fil qui seul conduit mes pas .  
Eh ! sans cet heureux fil , où trouverai-je un guide ?  
Environné d'écueils , sur une mer perfide ,  
Comment les reconnaître , et , tout près d'y heurter  
Quel secourable bras viendra m'en écarter ?

DENIQUE , ut in fabricâ , si prava est regula prima ,  
 Norma que si fallax rectis regionibus exit ,  
 Et libella aliquâ si ex parti claudicat hilum ;  
 Omnia mendosè fieri atque obstipa necessum est ,  
 Prava , cubantia , prona , supina atque absona tecta ;  
 Jam ruere ut quædam videantur velle , ruantque  
 Pro dita judiciis fallacibus omnia primis :  
 Sic igitur ratio tibi rerum prava necesse est  
 Falsa que sit , falsis quæcunque ab sensibus orta est .

NUNC alii sensus quo pacto quisque suam rem  
 Sentiât , haud quaquam ratio scruposa relicta est .  
 PRINCIPIÒ auditur sonus et vox omnis , in aures  
 Insinuata , suo pepulêre ubi corpore sensum :  
 Corpoream quoque enim vocem constare fatendum est ,  
 Et sonitum , quoniam possunt impellere sensus :  
 Præterradit enim vox fauces sæpè , facitque  
 Asperiora , foràs gradiens , arteria clamor :  
 Quippè per angustum , turbâ majore coorta ,  
 Ire foràs ubi cœperunt primordia vocum ,  
 Scilicet expletis quoque janua raditur oris  
 Rauca suis , et iter lædit , quâ vox it in auras :  
 Haud igitur dubium est , quin voces verbaque constant  
 Corporeis è principiis , ut lædere possint .

Non , non : contre les sens , objections frivoles ,  
 Vous n'êtes plus , pour moi , que de vaines paroles ;  
 Raisonemens trompeurs qu'abjure la raison.

AH ! si ton Architecte , élevant ta maison ,  
 N'a qu'une règle fausse , une équerre trompeuse ,  
 Un niveau chancelant dans sa ligne douteuse ;  
 Tout l'édifice enfin , sans goût , sans unisson ,  
 N'est-il pas sans ensemble et sans proportion ,  
 Recourbé , tortueux , à l'œil qui l'examine ,  
 S'affaissant par degrés , penchant vers sa ruine ,  
 S'écroulant en effet , d'un art défectueux ,  
 D'un travail mal conduit , monument malheureux ?  
 Ainsi , fille des sens , livrée à sa faiblesse ,  
 La raison n'est qu'erreur , s'ils la trompent sans cesse.

Tu sais , à tes regards , comment tout est sujet :  
 Comment chaque autre sens reçoit-il son objet ,  
 C'est ce qu'il faut t'apprendre , et je le peux sans peine.

ON entend quand , des sons , ou de la voix humaine  
 Les subtils élémens , à l'oreille transmis ,  
 La frappent plus ou moins , plus ou moins réunis :  
 Car les sons et la voix , frappant les corps sensibles ,  
 Sont eux-mêmes des corps ou flatteurs , ou terribles.  
 Quel mortel , en effet , n'en est point affecté ?  
 Qui ne sent , par ses cris , son gosier irrité ?  
 Précipités en foule , et forçant leur barrière ,  
 Ils l'ont donc viciée ainsi que la carrière  
 D'où s'échappaient , dans l'air , leurs flots tumultueux ;  
 Et , corps , ils ont , du corps , troublé le calme heureux.

NEC te fallit item, quid corporis auferat, et quid  
 Detrahat ex hominum nervis ac viribus ipsis,  
 Perpetuus sermo, nigraï noctis ad umbram,  
 Auroræ perductus ab exoriente nitore;  
 Præsertim si cum summo est clamore profusus:  
 Ergò corpoream vocem constare necesse est,  
 Multa loquens quoniam amittit de corpore partem.

ASPERITAS autem vocis fit ab asperitate  
 Principiorum, et item lævor lævore creatur;  
 Nec simili penetrant aures primordia formâ,  
 Cùm tuba, depresso graviter sub murmure, mugit;  
 Aut reboant raucum retrocita cornua bombum;  
 Vailibus et cycni gelidis orti ex Heliconis,  
 Cùm liquidam tollunt, lugubri voce, querelam.

HASCE igitur penitùs voces cùm, corpore nostro,  
 Exprimimus, rectoque foràs emittimus ore,  
 Mobilis articulat verborum dædala lingua,  
 Formaturaque labrorum pro parte figurat.  
 Atque ubi non longum spatium est, undè illa profecta  
 Perveniat vox quæque, necesse est verba quoque ipsa  
 Planè exaudiri, discernique articulatim;  
 Servat enim formaturam, servatque figuram.  
 At si interpositum spatium sit longius æquo;  
 Aëra per multum confundi verba necesse est,  
 Et conturbari vocem, dum transvolat auras.

N'EN doutons point. Eh qu'oi? dès l'aurore engagée,  
Et, jusqu'au jour éteint, vivement prolongée,  
La dispute souvent n'épuise-t-elle pas,  
De nos sens affaissés, les ressorts délicats?  
Et, perdant de ma voix, si je perds de mon être,  
N'est-elle pas un corps qu'il me faut reconnaître?

OUI, crois-moi, douce ou rude, ou forte, ou sans éclat,  
De principes divers elle est le résultat.  
Oui, de traits différens mon oreille est frappée  
Quand, du sein des enfers, la Discorde échappée,  
Fait gronder sa trompette en longs mugissemens;  
Quand le cor, dans les bois, roule ses hurlemens;  
Ou lorsqu'enfant du Pinde, en ses bocages sombres,  
Le cygne harmonieux en attendrit les ombres,  
Et chante ses amours en soupirs si touchans.

Du sein de notre corps nous tirons ces accens,  
Par le plus droit chemin, repoussés de la bouche.  
La langue ingénieuse, au moment qu'elle y touche,  
Les lèvres, plus ou moins en déployant les flots,  
Les forment à l'envi, les façonnent en mots.  
Ces mots, à l'instant même, arrivent, sans contrainte,  
Distincts, articulés, conservant leur empreinte,  
A l'organe attentif qui les reçoit de près:  
Mais si, dans trop d'espace, ils dispersent leurs traits;  
Confondus dans les airs, sans ordre et sans figure,  
Je n'entends plus en eux qu'un bizarre murmure:

Ergò fit sonitum ut possis audire, neque hilum  
Internoscere, verborum sententia quæ sit:  
Usquè adeò confusa venit vox inque pedita.

PRÆTEREA, edictum sæpè unum perciet aures  
Omnibus in populo, emissum præconis ab ore:  
In multas igitur voces vox una repentè  
Diffugit; in privas quoniam se dividit aures,  
Obsignans formam verbis clarumque sonorem.

At quæ pars vocum non aures accidit ipsas,  
Præterlata perit, frustrà diffusa per auras;  
Pars solidis adlisa locis, rejecta, sonorem  
Reddit, et interdùm frustratur imagine verbi.  
Quæ benè cùm videas, rationem reddere possis  
Tute tibi atque aliis, quo pacto, per loca sola,  
Saxa pares formas verborum ex ordine reddant,  
Palantes comites cùm, montes inter opacos,  
Quærimus, et magnâ dispersos voce ciemus.

SEX etiam aut septem, loca vidi reddere, voces;  
Unam cùm jaceres; ita colles collibus ipsis  
Verba repulsantes iterabant dicta referre.  
Hæc loca capripedes Satyros Nymphasque tenere  
Finitimi fingunt; et Faunos esse loquuntur  
Quorum noctivago strepitu ludoque jocanti  
Affirmant volgò taciturna silentia rumpi,  
Chordarumque sonos fieri, dulcesque querelas,

Ainsi

Ainsi ta voix, de loin, perdue en vains éclats,  
Me rend des sons confus que je ne comprends pas.

Tous les mots, tous les sons, constans, irrévocables,  
Sont soudain reproduits en mille autres semblables.  
Par une bouche seule un Edit publié,  
Dans la plaine des airs soudain multiplié,  
Arrive à chaque oreille, et, malgré l'affluence,  
Des ordres du Préteur instruit un peuple immense,

LES sons que nul organe, en leur cours, n'a reçus,  
Vainement dissipés, sont pour jamais perdus.  
D'autres, en leur entier, réfléchis des solides,  
Etonnent quelquefois nos oreilles timides :  
Ainsi, lorsqu'égarés en des bois effrayans,  
Nous appelons, au loin, nos compagnons errans,  
Les antres, les rochers, par cent bouches énormes,  
Nous rendent tous nos cris dans leur ordre et leurs formes,

J'EN ai même entendu sur les monts, dans les bois,  
Multipliés d'un seul, se répéter sept fois,  
Renvoyés, tout entiers, de colline en colline.  
Voilà, de tant d'erreurs, la commune origine.  
Les Satyres, dit-on, les Nymphes, les Sylvaing  
Folâtrant, s'égayant en des jeux enfantins,  
Troublent ainsi, des nuits, le tranquille silence.  
La flûte, sous leurs doigts, de sa molle cadence,

Tibia quas fundit digitis pulsata canentum;  
 Et genus agricolûm latè sentiscere, cùm Pan,  
 Pinea semiferi capitis velamina quassans,  
 Unco sæpè labro calamos percurrit hiantes,  
 Fistula silvestrem ne cesset fundere Musam.  
 Cætera de genere hoc monstra ac portenta loquuntur,  
 Ne loca deserta ab Divis quoque fortè putentur  
 Sola tenere; ideò jactant miracula dictis,  
 Aut aliquâ ratione aliâ ducuntur, ut omne  
 Humanum genus est avidum nimis auricularum.

Quod superest, non est mirandum, quâ ratione  
 Quæ loca per, nequeunt oculi res cernere apertas,  
 Hæc loca per, voces veniant auresque lacesant,  
 Cùm loquimur clausis foribus, quod sæpè videmus;  
 Nimirum quia vox, per flexa foramina rerum,  
 Incolumis transire potest; simulacra renutant;  
 Percinduntur enim, nisi recta foramina tranant;  
 Qualia sunt vitri, species quæ travolat omnis.

PRÆTEREA, partes in cunctas dividitur vox;  
 Ex aliis aliæ quoniam gignuntur, ubi una  
 Dissiluit semel in multas exorta; quasi ignis  
 Sæpè solet scintilla suos se spargere in ignes:  
 Ergò replentur loca vocibus, abdita retrò  
 Omnia quæ circùm fuerint, sonituque cientur:  
 At simulacra viis directis omnia tendunt,  
 Ut sunt missa semel; quapropter cernere nemo

Le luth , sous leur archet , de ses accords plus vifs,  
Suivent leurs cris de joie ou leurs accens plaintifs.

L'HOMME ingénu des champs , à leur douce harmonie ,  
Entend venir , de loin , le grand Dieu d'Arcadie ,  
Enflant ses chalumeaux , agile et secouant  
Sa couronne de pin sur son front rayonnant.  
Et que ne dit-on pas , ne fait-on pas accroire ,  
Pour relever , des Dieux , la puissance et la gloire ,  
Pour en peupler enfin jusqu'aux sombres déserts ?  
Tant l'erreur a , par-tout , envahi l'Univers !  
Tant l'homme , en tous les temps , est ami des prodiges !

NE va pas cependant prendre pour des prestiges  
Des effets naturels et que tu dois savoir.

Tu m'entends en des lieux où tu ne peux me voir,  
A travers une porte , un mur qui nous sépare.  
Oui , sans qu'aucun détour le divise ou l'égare ,  
Le son franchit bientôt des pores tortueux  
Où , transmise sans peine en son tout merveilleux  
Par des pores directs et tels que ceux du verre ,  
Se brise mille fois une image légère.

D'AILLEURS , et tu le sais , la voix se reproduit ,  
Se partage , s'épand dans le jour , dans la nuit ,  
Se propage elle-même et toujours toute entière ;  
Ainsi se multiplie un seul trait de lumière ;  
Ainsi , de tous côtés , notre voix , dans son cours ,  
Pénètre , autour de nous , les plus obscurs détours ,  
Tandis qu'un simulacre , afin que je le voie ,  
Doit frapper mes regards par la plus droite voie :

Se suprà potis est , at voces accipere extrà :  
 Et tamen ipsa quoque hæc , dum transit clausa viarum ,  
 Vox obtunditur , atque aures confusa penetrat ;  
 Et sonitum potiùs quàm verba , audire videmur .

HÆC queis sentimus succum , lingua atque palatum ,  
 Plusculum habent in se rationis , plusque operai .

PRINCIPIÒ , succum sentimus in ore , cibum cùm  
 Mandendo exprimimus ; ceu plenam spongiam aquai  
 Si quis fortè manu premere exsiccareque cœpit :  
 Indè quod exprimimus , per caulas omne palati  
 Diditur , et raræ per plexa foramina linguæ :  
 Hæc ubi lævia sunt manantis corpora succi ,  
 Suaviter attingunt , et suaviter omnia tractant  
 Humida linguai circum sudantia templa :  
 At contrà pungunt sensum , lacerantque coorta ,  
 Quantò quæque magis sunt asperitate repleta .

DEINDE voluptas est è succo in fine palati ;  
 Cùm verò deorsùm per fauces præcipitavit ,  
 Nulla voluptas est , dum diditur omnis in artus :  
 Nec refert quidquam , quo victu corpus alatur ,  
 Dummodò , quod capias , concoctum didere possis  
 Artibus , et stomachi humectum servare tenorem ,

NUNC aliis alius cur sit cibus , ut videamus ,

Ainsi je ne puis voir au dessus de mes yeux ,  
 Et le son bien distinct vient à moi de tous lieux ;  
 Mais il s'é mouss e enfin , brisé par tant de routes ;  
 Je n'entends plus , dans l'air , que paroles dissoutes ,  
 N'arrivant jusqu'à moi qu'en murmures trompeurs.

LE sentiment du goût , l'action des saveurs ,  
 Sur mon palais , ma langue , ou plus ou moins à craindre ,  
 Paresseuse ou rapide , est moins facile à peindre.

D'ABORD nous la sentons , lorsque , des alimens  
 Roulés , broyés , dissous , délayés sous les dents ,  
 Ainsi que d'une éponge , exprimé dans la bouche  
 Le suc , en s'épanchant , pénètre en ce qu'il touche ,  
 Dans le palais , la langue et les sentiers divers ,  
 Les détours sinueux de leurs pores ouverts.  
 Composé d'éléments lisses , doux et fluides ,  
 Il caresse la langue et ses grottes humides ;  
 D'atomes déchirans résultat plein d'aigreur ,  
 Il la pique , l'irrite , y porte la douleur.

LA volupté du goût , fragile et passagère ,  
 Au delà du palais lui devient étrangère.  
 Et qu'importe en effet , que , passé mon gosier ,  
 L'aliment que j'ai pris soit plus ou moins grossier ,  
 Pourvu que , réchauffant mon estomac débile ,  
 Y nourrissant d'abord une moiteur utile ,  
 Bientôt , dissous sans peine , il s'épanche en mon corps ?

MAIS pourquoi , de mon goût , chatouillant les ressorts ,

Expediam, quareve, aliis quod triste et amarum est,  
 Hoc tamen esse aliis possit prædulce videri;  
 Tantaque in his rebus distantia differitasque est,  
 Ut quod aliis cibus est, aliis fuit acre venenum:  
 Est utique ut serpens, hominis contacta salivis,  
 Disperit, ac sese mandendo conficit ipsa:  
 Prætereà nobis veratrum est acre venenum;  
 At capris adipēs et coturnicibus auget.

Ut, quibus id fiat rebus, cognoscere possis,  
 Principiò meminisse decet, quæ diximus antè,  
 Semina, multimodis in rebus, mista teneri:  
 Porrò omnes, quæcunque cibum capiunt animantes,  
 Ut sunt dissimiles extrinsecùs, et generatim  
 Extima membrorum circumcæsuræ coërcet;  
 Proindè et seminibus distant, variantque figurâ:  
 Semina cùm porrò distent, differre necesse est  
 Intervalla viasque, foramina quæ perhibemus,  
 Omnibus in membris, et in ore ipsoque palato:  
 Esse minora igitur quædam, majoraque debent,  
 Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est,  
 Multa rotunda, modis multis multangula quædam.  
 Namque figurarum ut ratio, motusque reposcunt,  
 Proindè foraminibus debent differre figuræ,  
 Et variare viæ proindè, ac textura coërcet:  
 Ergò ubi quod suave est aliis, aliis fit amarum,  
 Illis queis suave est, lævissima corpora debent  
 Contrectabiliter caulas intrare palati:  
 At contrà, quibus est eadem res intùs acerba,

Tel mets te blesse-t-il , et , pour moi délectable ,  
Aliment savoureux , restaurant agréable ,  
N'est pour toi qu'amertume et poison déchirant ?  
D'où vient que ma salive est mortelle au serpent ,  
Qu'au moment qu'il y touche il meurt ou se dévore ,  
Que la caille et le bouc s'engraissent d'ellébore ,  
Dont les sucs sont , pour l'homme , un venin redouté ,  
Et qu'il est , dans les goûts , tant de diversité ?

Pour porter un oeil sûr dans ces sombres mystères ,  
Souviens-toi que , des corps , les semences légères  
Forment , dans leur tissu , mille combinaisons.  
Ainsi tout ce qui vit , peuplades , nations ,  
Citoyens du grand Tout , nourris par la Nature ,  
Divers en leurs contours , divers en leur figure ,  
Le sont bien plus encore et dans leurs élémens ,  
Et dans leur assemblage et leurs arrangements :  
De là , dans les canaux par où chacun respire ,  
Reçoit , goûte , dissout l'aliment qu'il désire ;  
Dans leurs pores sur-tout , ou larges , ou serrés ,  
Polygones , rondeurs , triangles ou carrés ,  
Pores , canaux , qui tous , en leur forme et courbure ,  
Doivent , des premiers corps , répondre à la texture ,  
A leur forme , contours , lenteur , rapidité ,  
Si peu de ressemblance et d'uniformité.

De là , tel mets que j'aime il faut que tu l'abhorres ,  
Puisque ses élémens , répondant à mes pores ,  
Sans peine , sans détour , s'insinuant en eux ,  
Flattent si doucement mon palais ombrageux .

Aspera nimirùm penetrant hamataque fauces.

NUNC facile ex his est rebus cognoscere quæque.  
 Quippè ubi quoi febris, bili superante, coorta est,  
 Aut aliâ ratione aliqua est vis excita morbi;  
 Perturbatur ibi totum jam corpus, et omnes  
 Commutantur ibi posituræ principiorum;  
 Fit, priùs ad sensum ut quæ corpora conveniebant,  
 Nunc non conveniant, et cætera sint magis apta,  
 Quæ penetrata queunt sensum progignere acerbum;  
 Utraque enim sunt in mellis commista sapore,  
 Id quod jam superà tibi sæpè ostendimus antè.

NUNC age, quo pacto nares adjectus odoris  
 Tangat, agam: Primùm, res multas esse necesse est,  
 Undè fluens volvat varius se fluctus odorum:  
 Nam fluere, et mitti volgò, spargique putandum est:  
 Verùm aliis alius magis est animantibus aptus,  
 Dissimiles propter formas: ideòque per auras  
 Mellis apes, quamvis longè, ducuntur odore,  
 Volturiique cadaveribus; tum fissa ferarum  
 Ungula quò tulerit gressum, promissa canum vis  
 Ducit; et humanum longè præsentit odorem  
 Romulidarum arcis servator, candidus anser:  
 Sic aliis alius nidor datus, ad sua quemque  
 Pabula ducit, et à tetro resilire veneno  
 Cogit; eoque modo servantur sæcla ferarum.

Tandis qu'avec les tiens, peu conformes sans doute,  
Y pénétrant toujours par une oblique route,  
Les déchirant sans cesse en leur cours destructeur,  
Ils ne portent en toi qu'amertume et qu'aigreur.

Ainsi n'ont rien d'obscur mille autres phénomènes.  
Que ma bile s'épanche en mes brûlantes veines,  
Ou que toute autre ardeur vienne assiéger mon corps,  
Soudain tout change en lui, tout change en ses ressorts;  
De là mes goûts changeans, sans règle et sans mesure.  
Ce qui flattait mes sens en devient la torture,  
Et, s'il y doit encore entrer pour ma santé,  
Ce n'est qu'en y portant la plus dure âpreté;  
Car le miel, tu l'as vu, dans sa substance humide,  
Est mélangé lui-même et de doux et d'acide.

VEUX-TU, de l'odorat, te peindre enfin les jeux?  
Songe combien de corps, de leur sein caveux,  
Exhalent, en longs flots, des vapeurs odorantes,  
Ecoulemens subtils, émissions constantes,  
Par leurs atomes seuls rangés diversement,  
Des animaux divers le charme ou le tourment.

PAR les fleurs, dans les prés, l'abeille est attirée;  
Le vautour cherche au loin son infame eurée;  
Sur les traces du cerf le chien est entraîné;  
L'oie emplît l'air de cris, sentant l'homme étonné,  
Et du Gaulois ainsi sauva le Capitole.  
Mouche, oiseau, quadrupède, en est-il qui ne vole  
Où l'attend sa pâture, appelé par l'odeur;  
Qui, repoussé par elle, et frémissant d'horreur,

Hic odor ipse igitur, nares quicumque lacessit,  
 Est alio ut possit permitti longiùs alter:  
 Sed tamen haud quisquam tam longè fertur eorum,  
 Quàm sonitus, quàm vox; mitto jam dicere, quàm res  
 Quæ feriunt oculorum acies, visumque lacessunt.  
 Errabundus enim tardè venit, ac perit antè,  
 Paulatim facilis distractus in aëris auras:  
 Ex alto primùm quia vix emittitur ex re;  
 Nam penitùs fluere atque recedere rebus odores  
 Significat, quòd fracta magis redolere videntur  
 Omnia, quòd contrita, quòd igni conlabefacta.  
 Deindè videre licet majoribus esse creatum  
 Principiùs voci; quoniam per saxea septa  
 Non penetrat, quà vox volgò sonitusque feruntur:  
 Quarè etiam quod olet, non tam facile esse videbis  
 Investigare, in quâ sit regione locatum:  
 Refrigescit enim cunctando plaga per auras,  
 Nec calida ad sensum decurrit nuntia rerum:  
 Errant sæpè canes itaque, et vestigià quærunt.

NEC tamen hoc solis in odoribus, atque saporum  
 In genere est; sed item species rerum, atque colores  
 Non ita conveniunt ad sensus omnibus omnes,  
 Ut non sint aliis quædam magis acria visu.

D'un poison dangereux ne fuie au loin l'atteinte ?  
Ainsi, de race en race, ou l'espoir ou la crainte,  
A ses hôtes mortels, transmettent l'Univers.

MAIS, d'un cours inégal s'épanchant dans les airs,  
L'odeur n'y peut jamais embrasser l'étendue  
Qu'embrassent ou la voix, ou les sons, ou la vue ;  
Et, forçant les canaux d'un corps à peine ouvert,  
Errante à pas tardifs, bientôt elle se perd ;  
Car c'est du sein du corps que toute odeur s'écoule ;  
Plus active, en effet, lorsque mon pied le foule,  
Ou que ma main l'écrase, ou que le feu vainqueur  
L'assiège, le combat, le pénètre en fureur.

Et qui ne conçoit pas qu'en sa marche rompue,  
Ne pouvant pénétrer où la voix s'insinue,  
Où le son peut s'étendre, en ses élans si vifs,  
L'odeur doit résulter d'éléments plus massifs ?  
Qui ne voit qu'avec peine on remonte à sa source,  
Que, refroidis toujours, ralentis dans leur course,  
Ses traits l'annoncent tard à nos sens languoureux,  
Du plus profond sommeil peu réveillés par eux ;  
Et que souvent ton chien, s'égarant sur la voie,  
Revient désespéré d'avoir perdu sa proie ?

LA même odeur, ainsi que la même saveur,  
Motrice de plaisir, ou source de douleur,  
Porte, aux êtres vivans, la joie ou la tristesse,  
Blesse l'un, flatte l'autre, et déchire ou caresse :  
Eh ! des mêmes couleurs, des mêmes visions,  
Reçoivent-ils donc tous mêmes impressions ?

QUIN etiam gallum , noctem explaudentibus alis,  
Auroram clarâ consuetum voce vocare,  
Nenu queunt rapidi contrâ constare leones,  
Inque tueri ; ita continuò meminère fugâ:  
Nimirùm quia sunt, gallorum in corpore, quædam  
Semina, quæ, cùm sunt oculis immissa leonum,  
Pupillas interfodiunt, acremque dolorem  
Præbent, ut nequeant contrâ durare feroces;  
Cùm tamen hæc nostras acies nil lædere possint,  
Aut quia non penetrant, aut quòd, penetrantibus illis,  
Exitus ex oculis liber datur, in remeando  
Lædere ne possint ex ullâ lumina parte.

**Non.** Telle attire l'un , dont l'autre craint la vue.

Vois-tu , du fier lion , l'audace confondue  
A l'aspect de l'oiseau , trompette du matin,  
Qui , d'une aile bruyante et d'un chant argentin ,  
Applaudit à l'aurore ouvrant le jour au monde?  
Le monstre fuit , glacé d'une terreur profonde.  
Il part donc de l'oiseau des traits victorieux ,  
Des atomes piquans qui déchirent ses yeux.  
Mais quoi? ces traits aux miens ne portent nulle atteinte,  
Soit qu'ils n'y touchent point, soit que, reçus sans crainte,  
Ils entrent sans obstacle, et qu'enfin leur retour  
Trouve un passage ouvert , facile et sans détour.

## ARGUMENTUM.

De imaginatione et cogitatione; utramque per simulacra fieri. Linguam, oculos, aures, nares, omnia denique sensationis organa priùs nata esse, quàm eorum usum. De somno ac insomniis, quæ sint eorum causæ. De amore, sterilitate, fœcunditate, &c.

## A R G U M E N T.

De l'imagination et de la pensée. L'une et l'autre est l'effet des simulacres. La langue, les yeux, les oreilles, le nez, tous les organes de la sensation sont nés avant qu'on en ait trouvé l'usage. Du sommeil et des songes, et quelles en sont les causes. De l'amour, de la stérilité, de la fécondité, &c.

T I T I  
LUCRETII CARI,  
D E  
RERUM NATURA.  
LIBRI QUARTI  
P A R S P O S T E R I O R.

**N**UNC age, quæ moveant animum res, accipe, et undè,  
Quæ veniunt, veniant in mentem, percipe paucis.

PRINCIPIO hoc dico, rerum simulacra vagari  
Multa, modis multis, in cunctas undiquè partes,  
Tenuia, quæ facilè inter se junguntur in auris,  
Obvia cùm veniunt, ut aranea bracteaque auri:  
Quippe etenim multò magis hæc sunt tenuia textu,  
Quàm quæ percipiunt oculos, visumque lacessunt;  
Corporis hæc quoniam penetrant per rara, cientque  
Tenuem animi naturam intùs, sensumque lacessunt:  
Centaurus itaque, et Scyllarum membra videmus,  
Cerberæque canum facies, simulacraque eorum,  
Quorum morte obitâ tellus amplectitur ossa;  
Omne genus quoniam passim simulacra feruntur,  
Partim sponte suâ quæ fiunt aëre in ipso,  
Partim quæ variis ab rebus cunque recedunt,  
LUCRÈCE,

# LUCRÈCE,

DE

## LA NATURE DES CHOSES.

### LIVRE QUATRIÈME,

#### SECONDE PARTIE.

» **Q**UE peut être et d'où vient ce dont, en ma pensée,  
» Ebranlant mon esprit, l'image est retracée « ?

SOUVIENS-TOI que, des corps, dans un trouble effréné,  
Ainsi que l'or battu, que le fil d'Arachné,  
Les simulacres vains, déployant leur souplesse,  
S'agitent en tous lieux, se confondent sans cesse.  
Plus subtils, plus légers que tout ce qu'à nos yeux  
Transmet de plus subtil le pur flambeau des cieux,  
Pénétrant, sans effort, jusqu'au siège de l'ame,  
Ils vont, du sentiment, y réveiller la flamme.

LES uns, à chaque instant, des corps même émanés,  
Les autres, résultats de ceux-ci combinés,  
Ou Cerbère, ou Centaure, ou Scylla plus cruelle,  
Ou spectre d'un ami que la tombe recèle,  
Offerts à nos regards, ils portent, dans nos cœurs,  
Le trouble, l'épouvante et les sombres terreurs.

Et quæ consistunt ex horum facta figuris :  
 Nam certè, ex vivo, Centauri non fit imago ;  
 Nulla fuit quoniam talis natura animalis :  
 Verùm ubi, equi atque hominis, casu, convenit imago,  
 Hærescit facilè extemplò, quod diximus antè,  
 Propter subtilem naturam et tenuia texta :  
 Cætera de genere hoc eâdem ratione creantur :  
 Quæ, cùm mobiliter summâ levitate feruntur,  
 Ut priùs ostendi, facilè uno commovet ictu  
 Quælibet una animum nobis subtilis imago,  
 Tenuis enim mens est et mirè mobilis ipsa.

Hæc fieri, ut memoro, facilè hinc cognoscere possis,  
 Quatenùs hoc simile est oculis, quod mente videmus,  
 Atque oculis simili fieri ratione necesse est.  
 Nunc igitur, quoniam docui me fortè leones  
 Cernere per simulacra, oculos quæcunque laccessunt ;  
 Scire licet mentem, simili ratione, moveri  
 Per simulacra leonum cætera, quæ videt æquè,  
 Nec minùs atque oculi, nisi quòd mage tenuia cernit :  
 Nec ratione aliâ, cùm somnus membra profudit,  
 Mens animi vigilat, nisi quòd simulacra laccessunt  
 Hæc eadem nostros animos, quæ, cùm vigilamus :  
 Usque adeò, certè ut videamur cernere eum, quem  
 Reddita vitæ jam mors, et terra potita est.  
 Hoc ideò fieri cogit Natura, quòd omnes  
 Corporis affecti sensus per membra quiescunt,  
 Nec possunt falsum veris convincere rebus :

NON, jamais, sous les cieux, notre œil ne vit éclore  
Ce monstre incohérent qu'on a nommé Centaure ;  
Mais, légers l'un et l'autre, et prompts à s'allier,  
Les fantômes errans de l'homme et du coursier,  
S'unissant dans les airs, nous en offrent l'image.  
Ainsi nous est offert tout mobile assemblage,  
Agitant tour à tour notre esprit affecté,  
Si mobile lui-même en sa ténuité.

CE qu'il voit en effet, qu'il repousse ou qu'il aime,  
Ne ressemble-t-il pas à ce que voit l'œil même ?  
Et l'œil voit-il jamais aigles, vautours, lions,  
Qu'en leurs spectres flottans, leurs émanations ?  
L'esprit ne les voit donc qu'en ces mêmes images  
Plus subtiles encor, plus fines, plus volages.

SI, lorsqu'un doux sommeil a suspendu mes sens,  
Il veille et s'abandonne à des soucis pressans,  
D'où naît ce trouble en lui ? De leur aspect sensible,  
Plus puissant sur lui seul, plus actif, plus terrible  
Qu'il ne l'est sur mes sens sortis de leur repos.  
Il voit les morts errans, échappés des tombeaux ;  
D'autant plus convaincu de cet affreux prodige,  
Que rien ne peut, en lui, démentir le prestige,  
Que les sens endormis, à sa crédulité,  
N'opposent point le jour de la réalité ;

rætereâ me minisse jacet, languetque sopore;  
 Nec dissentit eum mortis lethique potitum  
 Jampridem, quem mens vivum se cernere credit.

Quod superest, non est mirum simulacra moveri,  
 Brachiaque in numerum jactare, et cætera membra:  
 Nam fit ut in somnis facere hoc videatur imago:  
 Quippè ubi prima perît, alioque est altera nata  
 Endo statu, prior hæc gestum mutâsse videtur:  
 Scilicet id fieri celeri ratione putandum est.  
 Multaque in his rebus quæruntur, multaque nobis  
 Clarandum est, planè si res exponere avemus.

Quæritur imprimis quare, quod quoique libido  
 Venerit, extemplò mens cogitet ejus idipsum:  
 Anne voluntatem nostram simulacra tuentur,  
 Et simul ac volumus, nobis occurrit imago?  
 Si mare, si terram cordi est, si denique cœlum,  
 Conventus hominum, pompam, convivia, pugnas,  
 Omnia sub verbone creat Natura paratque?  
 Cùm præsertim aliis, eâdem in regione locoque,  
 Longè dissimiles animus res cogitet omnis.

Quid porrò, in numerum procedere cùm simulacra  
 Cernimus in somnis, et mollia membra movere;

Et qu'enfin la mémoire, elle-même assoupie,  
 Ne peut lui rappeler que, des champs de la vie,  
 Celui qu'il voit vivant est banni pour jamais.

« MAIS il le voit danser, tantôt loin, tantôt près »,  
 Sans doute; à son image aussi-tôt dissipée,  
 Il en succède une autre, autrement découpée,  
 Une autre, une autre encor, que, d'instans en instans,  
 Déployant des contours, des gestes différens,  
 Il croit être la même en de nouvelles scènes.  
 Eh ! que d'autres erreurs, que d'autres phénomènes,  
 À ton esprit confus, il faudrait déferer,  
 Si, sur tous ses écarts, je voulais l'éclairer !

Tu demandes sur-tout, par quel charme suprême,  
 Il voit ce qu'il désire en lui seul, par lui-même.  
 Spectres, larves, portraits, attentifs à tes vœux,  
 Daignent-ils, à ton ordre, accourir quand tu veux ?  
 A tes desirs changeans la Nature propice  
 Daigne-t-elle enfanter, au gré de ton caprice,  
 Des images des mers, de la terre, des cieus,  
 D'une foule assemblée, ou d'un festin joyeux,  
 D'un combat, d'une pompe; et toutes, aux lieux même,  
 Et dans le même instant où, par son art suprême,  
 A d'autres, comme à toi, des objets différens,  
 Sont offerts, à leur gré, sans le secours des sens ?

NON. Mais lorsque tu dors et vois, en ta pensée,  
 De fantômes légers une foule empressée

Mollia mobiliter cùm alternis brachia mittunt;  
 Et repetunt oculis gestum pede convenienti;  
 Scilicet arte madent simulacra, et docta vagantur,  
 Nocturno facere ut possint in tempore ludos?  
 An magis illud erit verum, quia, tempore in uno  
 Cùm sentimus id ( ut cùm vox emittitur una ),  
 Tempora multa latent, ratio quæ comperit esse:  
 Propterea fit uti, quovis in tempore, quæque  
 Præstò sint simulacra, locis in queisque parata:  
 Tanta est mobilitas et eorum copia tanta!  
 Et quia tenuia sunt, nisi se contendit, acutè  
 Cernere non potis est animus; proindè omnia, quæ sunt  
 Prætereà, pereunt, nisi sic sese ipse paravit.  
 Ipse parat sese porrò, speratque futurum  
 Ut videat; quòd consequitur rem quamque fit ergò.

NONNE vides, oculos etiam, cùm, tenuia quæ sint,  
 Cernere coeperunt, contendere se atque parare,  
 Nec sine eo fieri posse ut cernamus acutè?  
 Et tamen in rebus quoque apertis noscere possis,  
 Si non advertas animum, proindè esse, quasi omni  
 Tempore semotæ fuerint longèque remotæ:  
 Cur igitur mirum est, animus si cætera perdit,  
 Præterquàm quibus est in rebus deditus ipse?

DEINDE adopinamur de signis maxima parvis;  
 Ac nos in fraudem induimus, frustramur et ipsi.

S'avancer en cadence , et mesurer ses pas ,  
 Déployer , avec grace , et balancer ses bras ;  
 Crois-tu qu'à Terpsicore ils doivent leur souplesse ,  
 Et que son art charmant ait formé leur mollesse ?  
 Ne vois-tu pas plutôt que , dans le même instant  
 Où ton esprit charmé voit ce groupe dansant ,  
 Comme en l'instant où part une de mes paroles ,  
 Mille instans renfermés , de ces groupes frivoles ,  
 Sans cesse reproduits , ont reproduit le jeu ?  
 Peux-tu , de ta raison , méconnaître l'aveu ?  
 Conviens donc qu'en tout point , du temps et de l'espace ,  
 Quelque vain simulacre et s'élève et s'efface.  
 Tant leur foule est nombreuse et leur cours violent !  
 Mais subtils , déliés , si notre esprit trop lent  
 Ne sait , avec effort , les saisir au passage ,  
 Ils sont perdus pour nous , et cet essaim volage ,  
 C'est à nos efforts seuls de le rendre à nos vœux .

QUE dis-je ? Et l'œil doit-il qu'à des efforts heureux  
 La gloire d'embrasser tant de corps peu sensibles ?  
 Et , sans attention , même les plus visibles ,  
 A son activité ne se cachent-ils pas ,  
 Eloignés , confondus , comme s'ils n'étaient pas ?  
 Pourquoi donc t'étonner que , des spectres rebelles ,  
 Nul n'aille à ton esprit , hors ceux que tu rappelles ?

Et , malgré cet appel , qu'il s'y trompe souvent ,  
 Grossissant son objet , ou même le changeant !

Fit quoque ut interdùm non suppeditetur imago  
 Ejusdem generis; sed, foemina quæ fuit antè,  
 In manibus vir tum factus videatur adesse;  
 Aut alia, ex aliâ, facies ætasque sequatur:  
 Quod ne miremur, sopor atque oblivia curant.

ISTUD, in his rebus, vitium vehementer et istum  
 Effugere errorem vitareque præmeditator,  
 Lumina ne facias oculorum clara creata,  
 Prospicere ut possimus; et ut proferre viai  
 Proceros passus, ideò fastigia posse  
 Surarum ac feminum pedibus fundata plicari;  
 Braehia tum porrò validis ex apta lacertis  
 Esse, manusque datas utrâque à parte ministras,  
 Ut facere ad vitam possimus, quæ foret usus.

CÆTERA, de genere hoc, inter quæcunque pretantur,  
 Omnia perversâ præpostera sunt ratione;  
 Nil ideò quoniam natum est in corpore, ut uti  
 Possemus; sed quod natum est, id procreat usum;  
 Nec fuit antè videre oculorum lumina nata;  
 Nec dictis orare priùs, quàm lingua creata est;  
 Sed potiùs longè linguæ præcessit origo  
 Sermonem; multòque creatæ sunt priùs aures,  
 Quàm sonus est auditus; et omnia denique membra  
 Antè fuère (ut opinor) eorum quàm foret usus;  
 Haud igitur potuère utendi crescere causâ.

At contrà conferre manu certamina pugnae,  
 Et lacerare artus, foedareque membra cruore,

Il cherchait une femme, il n'embrasse qu'un homme :  
 Un fantôme nouveau succède à ce fantôme ;  
 Un autre le remplace, et toujours différent.  
 Succession rapide , effet peu surprenant  
 De l'oubli de soi-même où le sommeil le plonge.

MAIS garde-toi, sur-tout, d'un absurde mensonge.

» La Nature, des yeux, n'alluma les flambeaux  
 » Que pour qu'on s'éclairât, pour qu'on vît ses tableaux«,  
 A-t-on dit. » Sur le pied, la jambe fut fondée,  
 » Par la çuisse, en ses plis, mollement secondée,  
 » Pour ralentir, étendre et mesurer nos pas.  
 » Mes mains, à mes côtés, terminent mes deux bras  
 » Pour saisir, approcher ce qui m'est nécessaire «.

Le crois-tu, sur la foi d'un préjugé vulgaire,  
 Et que, par le hasard, nos membres combinés,  
 Pour leur usage seul, nous ont été donnés ?  
 Non, non ; c'est le besoin qui trouva cet usage.  
 Qui donc, avant la langue, eût créé le langage ?  
 Qui trouva l'art de voir avant qu'il fût des yeux ?  
 L'art d'entendre les sons ou durs ou gracieux,  
 L'art de les distinguer précéda-t-il l'oreille ;  
 Ou plutôt, de nos sens, l'étonnante merveille,  
 De nos membres divers les jeux et les ressorts  
 N'ont-ils pas devancé l'usage où nos efforts,  
 Où la réflexion, le besoin, l'industrie,  
 Les ont enfin pliés pour le soin de la vie ?

AVANT qu'il fût des traits, l'homme, dans les combats,  
 A déployé long-temps la vigueur de ses bras,

Antè fuit multò , quàm lucida tela volarent :  
 Et volnus vitare priùs Natura coëgit ,  
 Quàm daret objectum parmaï læva per artem ;  
 Scilicet et fessum corpus mandare quieti  
 Multò antiquius est , quàm lecti mollia strata ;  
 Et sedare sitim priùs est , quàm pocula , natum :  
 Hæc igitur possunt utendi cognita causâ  
 Credier , ex usu quæ sunt vitâque reperta.  
 Illa quidem seorsùm sunt omnia , quæ priùs ipsa  
 Nata , dedêre suæ post notitiam utilitatis ;  
 Quo genere imprimis sensus et membra videmus.  
 Quarè etiam atque etiam procul est ut credere possis  
 Utilitatis ob officium potuisse creari.

ILLUD item non est mirandum , corporis ipsa  
 Quòd natura cibum quærit quojusque animantis :  
 Quippè etenim fluere atque recedere corpora rebus  
 Multa , modis multis , docui ; sed plurima debent  
 Ex animalibus iis , quæ sunt exercita motu ;  
 Multaque per sudorem ex alto pressa feruntur ;  
 Multa per os exhalantur , cùm languida anhelant.  
 His igitur rebus rarescit corpus , et omnis  
 Subruitur natura ; dolor quam consequitur rem :  
 Proptereà capitur cibus , ut suffulciat artus ,  
 Et recreet vires interdatus , atque patentem ,  
 Per membra ac venas , ut amorem obturet edendi.

De ses ongles sanglans repoussant ses injures.  
La Nature enseigna d'éviter les blessures  
Avant qu'un bouclier fût, au bras, suspendu.  
Il n'était ni grabat, ni duvet étendu,  
Que l'homme fatigué, sans soins et sans alarmes,  
D'un sommeil restaurant savait goûter les charmes.  
Il n'avait point, en coupe, arrondi les cristaux,  
Que, pressé par la soif, il courait aux ruisseaux.  
Ce que le besoin cherche et trouve l'industrie,  
Sans doute a pour objet les douceurs de la vie;  
Mais ce dont la naissance a long-temps prévenu  
L'usage enfin trouvé, bien plus tard reconnu,  
Tel que nos sens divers, nos membres, leur structure,  
Puis-je croire jamais qu'en effet la Nature,  
Pour cet usage même, ait voulu le former?

Avec surprise encor, tu sembles t'informer  
Pourquoi, par quel pouvoir, tout être qui respire  
Cherche, avec tant d'ardeur, l'aliment qu'il désire?  
Souviens-toi que, des corps, il s'échappe en tout temps,  
Par cent canaux subtils, d'invisibles torrens;  
Que l'animal actif en répand plus encore,  
Par son mouvement même, en un flux qu'il ignore,  
Les uns, avec son souffle, à grands flots écoulés;  
Les autres, en sueurs, mollement exhalés.  
Tu le vois, haletant, traîner ses pas timides.  
Tous ses sens épuisés par ces pertes rapides,  
Son corps raréfié, sans force, sans chaleur,  
Ses membres détendus s'ouvrent à la douleur.

HUMOR item discedit in omnia, quæ loca cunque  
 Poscunt humorem; glomerataque multa vaporis  
 Corpora, quæ stomacho præbent incendia nostro,  
 Dissupat adveniens liquor ac restinguit, ut ignem,  
 Urere ne possit calor ampliùs aridus artus.  
 Sic igitur tibi anhela sitis de corpore nostro  
 Abluitur, sic expletur jejuna cupido.

NUNC quí fiat uti passus proferre queamus,  
 Cùm volumus, varièque datum sit membra movere,  
 Et quæ res tantùm hoc oneris protrudere nostri  
 Corporis insuêrit, dicam; tu percipe dicta.  
 Dico, animo nostro primùm simulacra meandi  
 Accidere, atque animum pulsare, ut diximus antè:  
 Indè voluntas fit; neque enim facere incipit ullam  
 Rem quisquam, quàm mens providit, quid velit, antè;  
 At, quod providet, illius rei constat imago:  
 Ergò animus, cùm sese ita commovet, ut velit ire  
 Inque gredi, ferit extemplò, quæ in corpore toto,  
 Per membra atque artus, animã dissita vis est;  
 Et facile est factu, quoniam conjuncta tenetur:  
 Indè ea proporrò corpus ferit, atque ita tota  
 Paulatim moles protruditur atque movetur.

Il cherche, il doit chercher à leur rendre la vie,  
 A rétablir, entre eux, une heureuse harmonie.  
 Tant de parts de lui-même ont passé dans les airs,  
 Que, pressé de fermer tous les canaux divers,  
 De remplir tout le vide, il court à la pâture  
 Que, pour ce besoin même, apprêta la Nature.

Du cristal d'une eau pure, à grands flots, humecté,  
 Tout ce qui souffre en lui perd son aridité.  
 Quelque part qu'il éclate, elle éteint l'incendie.  
 Son estomac brûlant, qu'une flamme ennemie  
 Dévorait sans relâche, en tourbillons rongeurs,  
 Reprend tout son ressort, libre de ces ardeurs.  
 Ainsi la faim s'appaise et la soif est éteinte.

» MAIS comment, poursuis-tu, sans danger et sans crainte,  
 « En tous lieux, à mon gré, puis-je me transporter ?  
 » Comment mes pieds, mes mains peuvent-ils s'agiter ?  
 » Comment se meut mon corps, lourde et pesante masse « ?  
 Comment ? Il faut d'abord qu'égaré dans l'espace,  
 D'un corps en mouvement, le fantôme éveillé  
 Invite, à l'imiter, ton esprit chatouillé.  
 Dès-lors ta volonté cède à sa loi suprême ;  
 Car, que peux-tu vouloir qu'il n'ait prévu lui-même ;  
 Et que peut-il prévoir, inactif, sans appui,  
 Dont l'image, en secret, n'agisse pas sur lui ?

CEPENDANT, à marcher, déterminé par elle,  
 De l'ame, dans le corps, par-tout en sentinelle,  
 Il va frapper l'ensemble, ébranler les ressorts,  
 Et l'ame en action, y met enfin le corps.

PRÆTEREA , tum rarefcit quoque corpus , et aër  
 ( Scilicet ut debet , qui femper mobilis exftat ).  
 Per patefacta venit penetratque foramina largus ;  
 Et difpergitur ad partes ita quasque minutas  
 Corporis : Hinc igitur rebus fit utrinque duabus ,  
 Corpus uti , ut navis velis ventoque , feratur .

NEC tamen illud , in his rebus , mirabile conftat ,  
 Tantula quòd , tantum corpus , corpuscula poffint  
 Contorquere , et onus totum convertere noftum :  
 Quippè etenim ventus , subtili corpore tenuis ,  
 Trudit , agens magnam , magno molimine , navim ;  
 Et manus una regit , quantovis impete , euntem ;  
 Atque gubernaculum contorquet , quò libet , unum ;  
 Multaque , per trochleas et tympana , pondere magno ,  
 Commovet , atque levi fuf tollit machina nifu .

NUNC quibus ille modis fomnus , per membra , quietem  
 Inriget , atque animi curas , è pectore , folvat ,  
 Suavidicis potiùs , quàm multis verfibus , edam :  
 Parvus ut eft cycni melior canor , ille gruum quàm  
 Clamor , in ætheriis difperfus nubibus aurti :

Ainsi la masse entière et se meut et s'avance ;  
 Jeu soudain , qu'aisément l'une et l'autre puissance ,  
 L'une à l'autre enchaînée , et déploie et conduit.

DE tous lieux , en essor , dans la masse introduit ,  
 L'air , ce fluide actif , si léger , si mobile ,  
 L'air cependant pénètre et s'ouvre un cours facile ,  
 Raréfiant ce tout , circulant , en longs flots ,  
 Dans les pores ouverts , les plus subtils canaux.  
 C'est donc lui qui nous meut ? Oui , crois que l'air et l'ame ,  
 Des vaisseaux animés , sont la voile et la rame ,  
 Les guidant sur la terre , et réglant tous leurs pas.

« NON , dis-tu , plus surpris : non , je ne croirai pas  
 « Que des corps , dont à peine on conçoit l'existence ,  
 « Puissent lever , mouvoir , rouler ce poids immense ».  
 Et le vent si subtil , par de plus grands efforts ,  
 Ne commande-t-il pas à des vaisseaux plus forts ?  
 Un seul bras , sur les flots , un seul timon leur guide ,  
 N'en modèrent-ils pas l'essor le plus rapide ?  
 Et n'as-tu jamais vu les plus pesans fardeaux ,  
 A l'aide d'un rouage et de faibles cordeaux ,  
 Mûs , élevés sans peine , au gré d'un Achimède ?

« MAIS comment le sommeil , puissance à qui tout cède ,  
 « Coulant dans tout mon corps avec tant de douceur ,  
 « Du poids de mes chagrins , délivre-t-il mon cœur » ?  
 Il faut , en peu de vers , dévoiler ce mystère ;  
 Mais doux comme lui-même , et la voix si légère ,  
 Et les tendres accens du cygne harmonieux ,  
 Mêmes bruyans et plus purs que les cris odieux

TU, mihi da tenues aures animumque sagacem,  
 Ne fieri negites, quæ dicam, posse; retròque  
 Vera repulsanti discedas pectore dicta;  
 Tutemet in culpâ cùm sis, ne cernere possis.

PRINCIPIÒ, somnus fit, ubi est distracta per artus  
 Vis animæ, partimque foràs ejecta recessit,  
 Et partim, contrusa magis, concessit in altum:  
 Dissolvuntur enim tum demùm membra fluuntque:  
 Nam dubium non est, animai quin operâ sit  
 Sensus hic in nobis, quem cùm sopor impedit esse,  
 Tum nobis animam perturbatam esse putandum est,  
 Ejectamque foràs: non omnem; namque jaceret  
 Æterno corpus perfusum frigore lethi:  
 Quippè ubi nulla latens animai pars remaneret  
 In membris, cinere ut multâ latet obrutus ignis,  
 Undè reconfhari sensus per membra repentè  
 Possit, ut ex igni cæco consurgere flamma.

SED quibus hæc rebus novitas confletur, et undè  
 Perturbari anima, et corpus languescere possit,  
 Expediam: tu fac ne ventis verba profundam.

PRINCIPIÒ, externâ corpus de parte necessum est  
 (Aëriis quoniam vicinum tangitur auris)  
 Tundier, atque ejus crebro pulsariet ictu:  
 Proptereaque ferè res omnes, aut corio sunt,

Dont.

Dont la grue enrôlée effraye au loin les nues.

DAIGNE, à ces vérités trop long-temps inconnues,  
Prêter et ton oreille et ton cœur tout entier.  
Ne vas pas, sans raison, sur-tout, t'en défier,  
Et, te laissant séduire à quelque vain système,  
Repousser l'évidence et t'aveugler toi-même.

QUAND l'ame plus éparse, abandonne nos sens;  
En partie exhalée, en partie au dedans  
Solitaire, tranquille, en secret concentrée;  
Le corps au doux sommeil laisse une libre entrée;  
Les membres, sans ressort, languissent détendus.

AH ! si les feux de l'ame, en tous lieux répandus;  
Du sentiment, en nous, entretiennent la flamme;  
Quand le sommeil l'éteint, croirai-je que cette ame  
Dans sa retraite encor, n'ait pas fui loin de nous ?  
Non pas en son entier; hélas ! bientôt dissous,  
Nous tomberions glacés dans la nuit éternelle,  
S'il n'en restait, en nous, quelque faible étincelle,  
Feu caché sous la cendre et qu'on peut rallumer.

« MAIS d'où naît cet état qui semble t'alarmer,  
« Cette langueur du corps, ce désordre de l'ame « ?  
Ecoute, et garde-moi ta foi que je réclame.

D'ABORD, nageant dans l'air ou plus lent ou plus vif,  
Touchant, par tous ses points, à ce fluide actif,  
Tout corps, à coups pressés, en est frappé sans cesse.  
D'où vient, qu'à ses assauts, tout être, en toute espèce,

Aut setâ, aut conchis, aut callo, aut cortice tectæ:  
 Interiorem etiam partem spirantibus aër  
 Verberat hic idem, cùm ducitur atque reflatur.  
 Quarè utrinque secùs cùm corpus vapulet, et cùm  
 Perveniant plagæ per parva foramina nobis  
 Corporis ad primas partes, elementaque prima;  
 Fit quasi paulatim nobis per membra ruina:  
 Conturbantur enim posituræ principiorum  
 Corporis atque animi sic, ut pars indè animã  
 Ejiciatur, et introrsùm pars abdita cedat;  
 Pars etiam distracta per artus, non queat esse  
 Conjuncta inter se, nec motu mutua fungi:  
 Inter enim sepit aditus Natura viasque:  
 Ergò sensus abit mutatis motibus altè:  
 Et quoniam non est, quasi quod suffulciat artus,  
 Debile fit corpus, languescunt omnia membra,  
 Brachia, palpebræque cadunt, poplitesque procumbunt.

• DEINDE cibum sequitur somnus; quia quæ facit aër,  
 Hæc eadem cibus, in venas dum diditur omnes,  
 Efficit; et multò sopor ille gravissimus exstat,  
 Quem satur aut lassus capias; quia plurima tum se  
 Corpora conturbant magno contusa labore:  
 Fit ratione eâdem conjectus porrò animã  
 Altior, atque foràs ejectus largior ejus,  
 Et divisior inter se ac distractior intus.

Oppose , en son entour , coquille , laine ou cuir ,  
 Ecorce , parchemin qui semblent le vêtir.  
 Mais qu'il pénètre mieux en tout ce qui respire ,  
 Et , par tant de canaux , et l'exhale et l'aspire !  
 Là , bientôt il remonte aux premiers élémens ,  
 Et du corps , par degrés , sape les fondemens.  
 Les élémens du corps , dans un désordre extrême ,  
 Transmettent leur atteinte à ceux de l'Âme même ;  
 Et leur trouble est si grand , que , de l'ame , au dehors ,  
 Une part se dissipe ; une autre , dans le corps ,  
 Resserrée en un point , s'enferme , se sépare ;  
 Une troisième enfin , dans les membres , s'égare.  
 Plus de noeud qui la lie en elle-même , en eux ;  
 Plus d'effort mutuel pour animer les jeux ,  
 Pour maintenir l'accord des leviers de la vie.  
Perdant leur équilibre et remis dans leurs plans.

ET tu pourrois douter, à ces vives menaces,  
A ces convulsions de si pesantes masses,  
Si notre Monde, un jour, doit voler en éclats?  
Crois-tu, si, quelquefois, suspendant leurs combats,  
Ces vents tumultueux ne reprenaient courage,  
Que rien pût résister à leur constante rage?

Sæpiùs, hanc ob rem, minitatur terra ruinas,  
 Quàm facit; inclinatur enim retròque recellit,  
 Et recipit prolapsa suas se in pondere sedes:  
 Hâc igitur ratione, vacillant omnia tecta,  
 Summa magis mediis, media imis, ima perhilum.

Est hæc ejusdem quoque magni causa tremoris,  
 Ventus ubi atque animæ subitò vis maxima quædam,  
 Aut extrinsecùs, aut ipsâ à tellure coorta,  
 In loca se cava terrai conjecit, ibique,  
 Speluncas inter magnas, fremit antè tumultu,  
 Versabundaque portatur; post incita cùm vis  
 Exagitata foràs erumpitur, et simul artam  
 Diffindens terram, magnum concinnat hiatus:  
 In Tyriâ Sidone quod accidit, et fuit Ægis  
 In Peloponneso: Quas exitus hic animai  
 Disturbât urbes, et terræ motus obortus.  
 Multaque prætereà ceciderunt moenia, magnis  
 Motibus, in terris, et multæ, per mare, pessum  
 Subscdère, suis pariter cum civibus, urbes.

Quòd nisi prorumpit, tamen impetus ipse animai,  
 Et fera vis venti, per crebra foramina terræ,  
 Dispertitur, ut horror, et incutit indè tremorem;  
 Frigus uti nostros penitùs cùm venit in artus,  
 Concutit, invitos cogens tremere atque moveri:

Mais ils cèdent, lassés, ou brisés dans leur cours.  
De là leurs chocs rompus, leurs élans, leurs retours,  
La terre chancelante et jamais confondue,  
Pendant vers sa ruine, à soi-même rendue,  
Et tout ce qui la charge, à ce bouillant sursaut,  
Vivement, tout à coup, agité par le haut,  
Bien moins vers le milieu, presque point dans la base.

QUELQUE souffle terrible, et sous qui tout s'écrase,  
Quelque vent redoutable, accourant du dehors,  
Ou s'élevant soudain dans son immense corps,  
Peut-être, en tournoyant, au sein d'une caverne,  
Y mugit en longs cris répétés dans l'Averne,  
S'agite, et, tout à coup, s'irritant plus encor,  
S'ouvre une porte immense, à son dernier essor,  
D'une voûte brisée entraînant la ruine.  
Tel fut jadis le gouffre où s'engloutit Egeïe,  
Dont, aux champs de Pélopes, il n'est plus qu'un vain nom,  
Et la fille de Tyr, l'orgueilleuse Sidon.  
Et que d'autres Cités, plus superbes encore,  
Qu'à cet essor du vent, soudain leur sol dévore!  
Combien, à ces grands chocs, à ces prompts tremblemens,  
Dans les champs entr'ouverts, dans les flots écumans,  
Avec leurs citoyens, pour jamais confondues!

Si le vent ne fond point du vaste champ des nues;  
Circulant, divisé dans tes pores nombreux,  
Terre, il excite en toi ce frisson dangereux,  
Et t'imprime, par lui, ces secousses soudaines.  
Tel un froid imprévu, se glissant dans nos veines,

Ancipiti trepidant igitur terrore per urbes;  
 Tecta supernè timent, metuunt infernè, **cavernas**  
 Terrai ne dissolvat Natura repentè;  
 Neu distracta suum latè dispandat hiatum,  
 Idque suis confusa velit complere ruinis:  
 Proindè, licèt quamvis coelum terramque reantur  
 Incorrupta fore, æternæ mandata salutì,  
 Attamen interdùm præsens vis ipsa pericli  
 Subditat hunc stimulum, quâdam de parte, **timoris,**  
 Ne, pedibus raptim tellus subtracta, feratur  
 In barathrum, rerumque sequatur prodita summa  
 Funditùs, et fiat mundi confusa ruina.

NUNC ratio reddunda, augmen cur nesciat æquor.  
 Principiò, mare mirantur non reddere majus  
 Naturam, quò tantu' fuit decursus aquarum,  
 Omnia quò veniant ex omni flumina parte;  
 Adde vagos imbres tempestatesque volantes,  
 Omnia quæ maria ac terras sparguntque rigantque;  
 Adde suos fontes, tamen ad maris omnia summam  
 Guttaï vix instar erunt unius ad augmen:  
 Quò minùs est mirum mare non augescere magnum.

PRÆTEREA, magnam sol partem detrahit æstu;  
 Quippè videmus enim vestes, humore madentes,  
 Exsiccare, suis radiis ardentibu', solem;  
 At pelage multa et latè substrata videmus:  
 Proindè licèt quamvis ex uno quoque loco sol

Porte une horreur profonde en nos membres tremblans.  
Ah ! qu'alors , des Cités , les pâles habitans ,  
Craignent et que leurs toits ne croulent sur leurs têtes ,  
Et qu'enfin la Nature , irritant ces tempêtes ,  
N'ouvre les profondeurs d'un tombeau ténébreux  
Prêt à les recevoir et se fermer sur eux !

Alors on croît en vain que le ciel et la terre,  
Du temps , des élémens peuvent braver la guerre :  
L'instant , le péril presse ; on frémit ; la terreur  
S'éveille , trouble , agite et glace un foible cœur.  
On croit voir , sous ses pieds , la terre dérobée ,  
En des antres obscurs , à l'instant absorbée ,  
Et le Monde , entraînant ses hôtes éperdus ,  
Eclater en débris , avec eux confondus.

DEMANDES-TU pourquoi la mer ne peut s'accroître ,  
La mer insatiable , où semblent disparaître  
Fleuves , ruisseaux , torrens vomis de tous côtés ,  
Tant de flots orageux sur les airs emportés ,  
Engloutis par la terre , ou reçus dans ses ondes ,  
Et ses sources enfin peut-être plus fécondes ?  
Mais qu'est à l'Océan , gouffre immense et sans bords ,  
Qu'est donc ce vaste amas de fluides trésors ,  
Qu'une goutte légère , un atome impalpable ?

COMBIEN le Dieu du jour , dont l'ardeur indomptable  
Roidit un voile humide , à ses feux étalé ,  
N'en enlève-t-il pas , en fumée exhalé ?  
Ton œil , sur chaque point , n'en peut saisir les pertes ;  
Mais quel en est le tout sur ces plaines ouvertes ?

Humoris parvam delibet ab æquore partem ,  
Largiter , in tanto spatio , tamen auferet undis.

TUM porrò venti magnam quoque tollere partem  
Humoris possunt verrentes æquora ponti :  
Unâ nocte vias quoniam persæpè videmus  
Siccari, mollisque luti concrescere crustas.

PRÆTEREA docui multum quoque tollere nubes  
Humorem magno conceptum ex æquore ponti,  
Et passim toto terrarum spargere in orbe,  
Cùm pluit in terris et venti nubila portant.

POSTREMÒ, quoniam raro cum corpore tellus  
Est, et conjunctas oras maris undiquè cingit,  
Debet, ut in mare de terris venit humor aquai,  
In terras itidem manare ex æquore salso;  
Percolatur enim virus, retròque remanat  
Materies humoris, et ad caput amnibus omnis  
Confluit, indè, super terras, redit agmine dulci,  
Quà via secta semel, liquido pede, detulit undas.

NUNC ratio quæ sit, per fauces montis ut Ætnæ  
Exspirent ignes interdùm turbine tanto,  
Expeditam : neque enim, mediâ de clade, coorta  
Flammæ tempestas, Siculûm dominata per agros,  
Finitimis ad se convertit gentibus ora,  
Fumida cùm coeli scintillare omnia templa  
Cernentes, pavidâ complebant pectora curâ,  
Quid moliretur rerum Natura novarum.

Que n'en dispersent point les Autans orageux,  
Eux dont, en une nuit, de nos chemins fangeux,  
Le souffle, sous nos pieds, durcit la boue en masse?

QUE n'en pompe la nue errante dans l'espace,  
La nue, ô vaste abîme, enfantée en ton sein,  
Qu'en pluie, au loin, les vents vont répandre soudain!  
Que n'en doit point filtrer la terre qui t'embrasse,  
La terre si poreuse, où, s'ouvrant une trace,  
Ces ondes, que Thétis engloutit vainement,  
Peuvent, par cent canaux, rentrer incessamment,  
Remonter vers leur source, et, long-temps épurées,  
S'en élancer enfin, mollement égarées,  
Se livrer à leur pente, et, d'un pas inégal,  
Promener, dans nos champs, leur liquide cristal?

MAIS contemplons l'Ethna, d'une gueule enflammée,  
Vomissant, en longs flots, la cendre et la fumée.  
Et ne crois point, ami, que ces feux destructeurs,  
Dans les airs, tout à coup, déployant leurs fureurs,  
Ont, des champs de Sicile, embrassé l'étendue;  
Que ces globes ardents, élançés dans la nue,  
Ont étonné soudain le peuple épouvanté  
D'un spectacle, à nul autre, avant lui, présenté,  
Sans qu'il vît de quels maux ce peut être l'augure,  
Et quel nouveau revers prépare la Nature.

HISCE tibi rebus latè est altèque videndum,  
 Et longè, cunctas in partes, dispiciendum,  
 Ut reminiscaris summam rerum esse profundam,  
 Et videas coelum summaï totius unum  
 Quàm sit parvula pars et quàm multesima constet,  
 Et quota pars homo terrai sit totius unus:  
 Quod bene propositum si planè contueare  
 Ac videas planè, mirari multa relinquis.

NUM quis enim nostrum miratur, si quis in artus  
 Accepit calido febrim fervore coortam,  
 Aut alium quemvis morbi per membra dolorem?  
 Obturgescit enim subito pes, arripit acer  
 Sæpè dolor dentes, oculos invadit in ipsos;  
 Existit sacer ignis, et urit corpore serpens  
 Quamcunque arripuit partem, repitque per artus:  
 Nimirum, quia sunt multarum semina rerum;  
 Et satis hæc tellus nobis coelumque mali fert,  
 Undè queat vis immensi procrecere morbi:  
 Sic igitur toti coelo terræque putandum est,  
 Ex infinito, satis omnia suppeditare,  
 Undè repentè queat tellus concussa moveri,  
 Perque mare et terras rapidus percurrere turbo,  
 Ignis abundare Ætnæus, flammescere coelum;  
 Id quoque enim fit, et ardescunt coelestia templa;  
 Ut tempestates, pluvia graviore coortu,  
 Sunt, ubi fortè ita se tetulerunt semina aquarum.

NON, non; songe plutôt, et, d'un coup d'œil profond,  
Pénétrant le grand Tout et sans borne et sans fond,  
Songe ce qu'est le ciel à cet immense abîme,  
Ce qu'est l'homme lui-même à ce ciel si sublime,  
A la terre si vaste et dont il foule un point,  
Et ces grands mouvemens ne t'étonneront point.

Es-tu surpris, dis-moi, que la fièvre brûlante  
Verse et nourrisse en nous son ardeur dévorante,  
Ou que quelque autre atteinte y porte la douleur;  
Que les yeux, que les dents, en ressentent l'horreur,  
Que les pieds, tout à coup, s'enflent outre mesure,  
Et que le feu sacré, vive et longue torture,  
Serpente dans nos corps, consume, par degrés,  
Les entrailles, les reins, les membres déchirés?  
Ah! tu ne sais que trop, que, sur nous suspendues,  
Ces semences de mort sont par-tout répandues;  
Que le ciel, que la terre épandent à grands flots  
Tout ce qui peut accroître et nourrir tant de maux:  
Crois donc, crois que ce globe, et ce ciel qui le presse,  
Au sein de l'infini, peuvent puiser sans cesse  
De quoi les ébranler sur leurs pôles tremblans;  
Former ces tourbillons, ces horribles volcans;  
Irriter, de l'Ethna, les ardeurs si funestes;  
Brûler l'Olympe même. Oui, ces temples célestes  
S'embrasent, tu le sais, au vif concours des feux,  
Comme, au concours soudain des élémens aqueux,

AT nimis est ingens incendi turbidus ardor:  
 Scilicet et fluvius, qui non est, maximus ei est,  
 Qui non antè aliquem majorem vidit, et ingens  
 Arbor homoque videtur, et omnia de genere omni,  
 Maxima quæ vidit quisque, hæc ingentia fingit:  
 Cùm tamen omnia, cum cœlo terrâque marique,  
 Nil sint ad summam summâi totius omnem.

NUNC tamen, illa modis quibus irritata repenti  
 Flamma foràs vastis Ætnæ fornacibus efflet,  
 Expediam: Primùm totius subcava montis  
 Est natura, ferè silicum suffulta cavernis;  
 Omnibus est porrò in speluncis ventus et aër;  
 Ventus enim fit, ubi est agitando percitus aër;  
 Hic ubi percaluit calefecitque omnia circum  
 Saxa furens, quâ contingit, terramque, et ab ollis  
 Excussit calidum, flammis velocibus, ignem,  
 Tollit se ac rectis ita faucibus ejicit altè,  
 Funditque ardorem longè, longèque favillam  
 Differt, et crassâ volvit caligine fumum;  
 Extruditque simul, mirando pondere, saxa:  
 Ne dubites quin hæc animâi turbida sit vis.

La terre voit , au loin , ses plaines inondées.

MAIS de l'Ethna , dis-tu , les flammes débordées  
D'un trop grand incendie étonnent la raison.  
Rien n'est grand ni petit que par comparaison.  
Nos plus sûrs jugemens portent sur des contrastes.  
A qui n'en a point vu de plus grands , de plus vastes ,  
Tout ruisseau paraît fleuve , et tout homme géant ;  
Tout arbuste est un chêne : et que sont cependant  
Ces prodiges , la terre , et les cieux , et les ondes ,  
Que sont-ils , ô grand Tout ! à tes plaines profondes ?

Voyons pourtant d'où naît ce brasier souterrain  
Allumé dans l'Ethna , repoussé de son sein.  
D'abord , crois que , fondé sur des roches pendantes ,  
Ce mont presse , en tous lieux , des grottes mugissantes :  
Toute grotte recèle et de l'air et du vent ,  
Car le vent n'est que l'air , mais l'air en mouvement.  
Dès que ce vent s'échauffe , et , d'une ardeur extrême ,  
Pénètre les rochers et la terre elle-même ,  
Qu'il rassemble en fureur , dans ces vastes foyers ,  
Qu'il roule en tourbillons tous leurs feux prisonniers ,  
Par le plus droit chemin , des gorges resserrées ,  
S'élançant , en vainqueur , aux plaines éthérées ,  
En globes ténébreux , en traits étincelans ,  
Il pousse et la fumée et les feux ondoyans ;  
Il vomit les rochers en masses redoutables ,  
De sa force , à nos yeux , garans irréprochables.

PRÆTEREA, magnâ ex parti mare montis, ad ejus  
 Radices, frangit fluctus, æstumque resorbet:  
 Ex hoc usque mari, speluncæ, montis ad altas  
 Perveniunt subter fauces; hæc ire fatendum est,  
 Et penetrare animam penitùs res cogit aperta,  
 Atque efflare foràs, ideòque extollere flammæ,  
 Saxaque subjectare, et arenæ tollere nimbos:  
 In summo sunt ventigeni crateres, ut ipsi  
 Nominitant, nos quas *fauces* perhibemus et *ora*.

SUNT aliquot quoque res, quarum unam dicere causam  
 Non satis est, verùm plures, undè una tamen sit:  
 Corpus ut exanimum si quod procul ipse jacere  
 Conspicias hominis, fit ut omnes dicere causas  
 Conveniat lethi, dicatur ut illius una;  
 Nam neque eum ferro, neque frigore vincere possis  
 Interiisse, neque à morbo, neque fortè veneno;  
 Verùm aliquid genere esse ex hoc, quod concio dicat,  
 Scimus; item in multis hoc rebus dicere habemus.

NILUS in æstati crescit, campisque redundat  
 Unicus in terris Ægypti totius amnis:  
 Is rigat Ægyptum medium per sæpè calorem;  
 Aut quia sunt æstate Aquilones ostia contrà,  
 Anni tempore eo quo Etesia flabra feruntur;  
 Et contrà fluvium flantes remorantur, et undas

PEUT-ÊTRE au pied du mont que les flots courroucés  
Assiègent tour à tour, repoussans, repoussés,  
Des soupiraux, conduits jusqu'aux gorges béantes,  
S'entr'ouvrent, sous la terre, en bouches aspirantes,  
Où le vent engouffré, par le faite orageux,  
Pousse et sable et cailloux, confondus dans les feux,  
Dans les feux, par lui-même, allumés dans ces forges,  
Dans ces larges bassins que nous appelons gorges,  
Et vomis en torrens, par son souffle, irrités.

AINSI, pour pénétrer dans tes obscurités,  
Nature, à tes travaux, assignant plusieurs causes,  
On en saisit la vraie, et, quoi que tu proposes  
Aux recherches du Sage instruit et curieux,  
Tu ne sçaurais jamais échapper à ses yeux.  
Oui, si je vois, de loin, couché sur la poussière,  
Un Mortel, mon ami, privé de la lumière,  
Dirai-je de quel trait l'a frappé le Destin;  
Si c'est le froid, le fer, ou quelque affreux venin,  
Ou quel mal, du trépas, lui put ouvrir la route?  
Non; mais, les nommant tous, je dis le vrai sans doute,  
Le vrai que les témoins peuvent seuls assurer:  
Ainsi qui sait douter ne sçaurait s'égarer.

QUAND l'Été brûle tout de ses chaudes haleines,  
Le Nil, ton fleuve unique, inonde, au loin, tes plaines,  
Egypte, soit qu'alors, sortant de leur repos,  
Les vents Ethésiens en repoussent les flots,  
A leur effort vainqueur, refoulés vers leur source;  
Eh! déchaînés du pôle et des plaines de l'Ourse,

Cogentes sursùs replent coguntque manere :  
 Nam dubio procul hæc adverso flabra feruntur  
 Flumine , quæ gelidis à stellis axis aguntur ;  
 Ille ex æstiferâ parti venit amnis ab Austro ,  
 Inter nigra virûm percoctaque sæcla calore ,  
 Exoriens penitùs mediâ ab regione diei.

EST quoque uti possit magnus congestus arenæ ,  
 Fluctibus adversis, oppilare ostia contrâ ,  
 Cùm mare, permotum ventis, ruit intùs arenam :  
 Quo fit uti pacto liber minùs exitus amni,  
 Et proclivus item fiat minùs impetus undis.

FIT quoque uti pluvix forsàn magis ad caput ejus ,  
 Tempore eo fiant quo Etesia flabra Aquilonum  
 Nubila conjiciunt in eas tunc omnia partes :  
 Scilicet ad mediam regionem ejecta diei  
 Cùm convenerunt, ibi ad altos deniquè montes  
 Contrusæ nubes coguntur, vique premuntur.

FORSIT et Æthiopum penitùs de montibus altis  
 Crescat, ubi in campos albas descendere ningues  
 Tabificis subigit radiis sol omnia lustrans.

NUNC age, *Averna* tibi quæ sint loca cunque lacusque,  
 Expediam, quali naturâ prædita constant.  
 Principiò, quòd *Averna* vocantur, nomen id ab re  
 Impositum est, quia sunt *avibus* contraria cunctis ;  
 E regione ea quòd loca cùm advenêre volantes,  
 Remigii oblitæ, pennarum vela remittunt,  
 Præcipitesque cadunt molli cervice profusæ

Quel obstacle puissant ne t'opposent-t-il pas,  
A toi qui, du Midi, précipitant tes pas,  
O Nil, vois, en naissant, ces races effrayantes  
Que noircit le soleil de ses flammes ardentes ?  
Soit que des monts de sable entassés et mouvans,  
Elevés dans les mers par leurs fougueux tyrans,  
Arrêtant ce grand fleuve au bout de sa carrière,  
Opposent, à sa course, une immense barrière ;  
Soit que, vers son berceau, des nuages nombreux  
Repoussés par ces vents, se compriment entre eux,  
Et, se brisant enfin sur le front des montagnes,  
Epanchent plus de flots roulans dans les campagnes ;  
Soit qu'enfin le soleil, qui voit tous les climats,  
Des monts d'Ethiopie échauffant les frimats,  
Précipite, en torrens, tant de neiges fondues.

QUELS sont ces bords, ces lacs, dont, au loin, répandues,  
Les infectes vapeurs étouffent les oiseaux ;  
Avenues redoutés de la terre et des eaux,  
Qui, de cet effet même, ont pris leur nom funeste,  
Où ces peuples de l'air, dans la plaine céleste,  
D'un vol prompt et hardi, mollement emportés,  
Le cou penché, l'œil mort, tombent précipités,

In terram, si fortè ita fert natura locorum,  
Aut in aquam, si fortè lacus substratus averno est.

QUALIS apud Cumas locus est montemque Vesevum,  
Oppleti calidis ubi fumant fontibus auctus.  
Est et Athenæis in moenibus, arcis in ipso  
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almæ,  
Quò nunquam pennis appellunt corpora raucæ  
Cornices, non cùm fumant altaria donis:  
Usque adeò fugitant non iras Palladis acres,  
Pervigili causâ, Graiùm ut cecinêre Poëtæ,  
Sed natura loci hoc opus efficit ipsa suâ vi.

IN Syriâ quoque fertur item locus esse, videri,  
Quadrupedes quoque quò simul ac vestigia primùm  
Intulerint, graviter vis cogat concidere ipsa,  
Manibus ut si sint divis mactata repentè:  
Omnia quæ, naturali ratione, geruntur,  
Et, quibus è causis fiant, apparet origo;  
Janua ne his orci potiùs regionibus esse  
Credatur posta, hinc animas Acheruntis in oras  
Ducere fortè Deos Manes infernè reamur;  
Naribus alipedes ut cervi sæpè putantur  
Ducere de latebris serpentia sæcla ferarum:

Agitant, mais en vain, leurs ailes impuissantes?

TELLES sont, en vos champs, mille sources fumantes,  
O Cumes ! ô Vésuve ! et celle qu'en ses murs,  
Athènes voit encor roulant ses flots impurs,  
Sur son boulevard même, et près du temple auguste  
Où ton peuple, ô Pallas ! t'offre un encens si juste.  
Là, le sang des taureaux fumant sur les autels,  
Leurs membres, palpitations sous les couteaux mortels,  
N'offrent qu'un vain appât à la corneille avide.  
Est-ce donc toi, Pallas, dont l'aspect l'intimide ?  
Craint-elle ta vengeance et ton bras foudroyant,  
Tout prêt à la punir de son soin vigilant ?  
Vain conte accrédité par les Chants de la Grèce.  
Non, non, du sol infect, l'exhalaison traîtresse  
La repousse de l'air, sur tes murs, corrompu.

EH quoi ! ne voit-on pas ce poison répandu,  
Dans un champ de Syrie, aux hôtes de la terre,  
Aux plus fiers animaux porter aussi la guerre ?  
Osent-ils l'approcher ? ils tombent palpitations,  
Comme offerts tout à coup aux manes gémissans.  
Ah ! de ces grands effets, la cause est-elle obscure  
Pour quiconque sait lire au sein de la Nature ?  
Et pourrais-tu penser que chacun de ces bords  
Est une porte ouverte à l'empire des morts,  
Par où Mégère attire et rassemble les ombres,  
Comme on dit que le cerf, de leurs retraites sombres,

Quod procul à verâ quàm sit ratione repulsum ,  
Percipe; namque ipsâ de re nunc dicere conor.

PRINCIPIÒ hoc dico, quòd dixi sæpè quoque antè,  
In terrâ, cujusque modi, rerum esse figuras;  
Multa homini quæ sunt vitalia, multaque morbos  
Incutere, et mortem quæ possint accelerare;  
Et magis esse aliis alias animantibus aptas  
Res, ad vitai rationem, ostendimus antè,  
Propter dissimilem naturam dissimilesque  
Texturas, inter sese, primasque figuras;  
Multa meant inimica per aures, multa per ipsas  
Insinuant nares infesta atque aspera odore,  
Nec sunt multa parùm tactu vitanda, nec autem  
Aspectu fugienda saporeque tristia quæ sint;  
Deindè videre licet, quàm multæ sint homini res  
Acriter infesto sensu spurcæque gravesque.

ARBORIBUS, primùm, certis gravis umbra tributa est,  
Usque adeò, capitis faciant ut sæpè dolores,  
Si quis, eas subter, jacuit prostratus in herbis.  
Est etiam, in magnis Heliconis montibus, arbor,  
Floris odore, hominem, tetro, consueta necare :  
Scilicet hæc ideò terris ex omnia surgunt  
Multa, modis multis, multarum semina rerum,  
Quòd permista gerit tellus discretæque tradit.

NOCTURNUMQUE recens extinctum lumen, ubi, acri  
Nidore offendit nares, consopit ibidem,

Par sa puissante haleine, aspire les serpens ?

NON ; mais, pour mieux sonder des secrets si frappans,  
 Rappelons-nous, ami, qu'il est, dans la Nature,  
 Des principes divers et de toute figure,  
 Qui, circulant par-tout, maîtres de notre sort,  
 Nous portent, à toute heure, ou la vie, ou la mort,  
 Et, par leurs unions, leurs tissus, leur empire,  
 Sont plus ou moins puissans sur tout ce qui respire.  
 Et qui ne les sent pas, en tout temps et par-tout,  
 Blessant ou l'odorat ; ou la vue, ou le goût,  
 Ou le toucher surpris, ou l'oreille affligée ?  
 Qu'est-il donc qui, sans cesse, à notre ame assiégée,  
 Ne porte le plaisir, le dégoût, ou l'horreur ?

MOLLEMENT étendu sous cet arbre trompeur,  
 Quelle douleur soudaine appesantit ma tête ?  
 D'où naît, en mon cerveau, oette sombre tempête ?  
 De son ombre. Que dis-je ? Au faite d'Hélicon,  
 Quel autre arbre, en sa fleur, recélant un poison,  
 Eteint la vie en nous par son odeur funeste ?  
 Ces impures vapeurs, ce venin qui l'infeste,  
 Etaient donc dans la terre, et, plus ou moins unis,  
 Sortent donc de son sein, plus ou moins ennemis.

MA lampe fume encor, d'un souffle, à peine éteinte ;  
 Quelle odeur me saisit ! quel sommeil ! quelle atteinte !

Dejicere ut pronos qui morbus sæpè suevit.

CASTOREOQUE gravi mulier sopita recumbit,  
Et manibus nitidum teneris opus effluit eji,  
Tempore eo si odorata est, quo menstrua solvit.  
Multaque prætereà languentia membra per artus  
Solvunt, atque animam labefactant sedibus intùs.

DENIQUE, si in calidis etiam cunctère lavacris,  
Plenior et solio in fueris ferventis aquaï,  
Quàm facilè, in medio, fit uti des sæpè ruinas!

CARBONUMQUE gravis vis atque odor insinuatur  
Quàm facilè in cerebrum, nisi aquam præcepimus antè!  
At cùm membra hominis percepit fervida febris,  
Tum fit odor vini plagæ mactabilis instar.

NONNE vides etiam terrâ quoque sulfur in ipsâ  
Gignier, et tetro concrecere odore bitumen?  
Deniquè, ubi argenti venas aurique sequuntur,  
Terraï penitùs scrutantes abdita ferro,  
Quales exspirat scaptresula subter odores?  
Quidve mali fit ut exhalent aurata metalla?  
Quas hominum reddunt facies, qualesque colores,  
Nonne vides? audiſve perire, in tempore parvo,  
Quàm soleant, et quàm vitaï copia desit,

Je chancelle, je tombe, et ne me connais pas :

Virus épileptique, est-ce toi qui m'abats ?

A cet effet si prompt, je le croirais sans peine.

MAIS quel coup, à mes yeux, vient de frapper Climène ?

Hélas ! elle a senti le baume du castor,

Tandis qu'à la Nature elle payait encor

Le tribut de son sexe, à tant de maux en proie.

Une sombre pâleur, sur son front, se déploie,

Et son fuseau léger échappe de sa main.

Et que d'autres vapeurs, en déchirant ton sein,

Mortel, vont, de ton ame, ébranler la puissance !

LONG-TEMPS, dans un bain chaud, restes-tu sans prudence,

Ou vas-tu t'y plonger, sortant d'un long repas ?

Crains d'y tomber sans force, attendant le trépas.

Si tu n'as bu d'avance une onde pure et saine,

Crains, des charbons ardents, la vapeur inhumaine.

Si la fièvre circule en tes membres vaincus,

Redoute plus encor les vapeurs de Bacchus

Dont le coup est plus sûr que le tranchant du glaive.

OUI, te dis-je, en tous lieux, quelque vapeur s'élève.

Le soufre et le bitume infestent tes enfans,

Terre, et je puis douter s'ils sont nés dans tes flancs !

Je vois des malheureux, dans tes cavernes sombres,

Y fouillant tes trésors, voisins des pâles Ombres,

Et, victimes des loix, t'arrachant ces métaux,

L'or, l'argent, des Humains, chers et cruels fléaux.

Dans leurs yeux presque éteints, quel feu noir étincelle !

Sur leur front ténébreux, quelle pâleur mortelle !

Quos, opere in tali, cohibet vis magna? necesse est  
 Hos igitur tellus omnes exæstuet æstus,  
 Exspiretque foràs in aperta promptaque cœli.

Sic et Averna loca alitibus summittere debent  
 Mortiferam vim, de terrâ quæ surgit in auras,  
 Ut spatium cœli, quâdam de parte, venenet:  
 Quò simul ac primùm pennis delata sit ales,  
 Impediatur ibi cæco conrepta veneno,  
 Ut cadat è regione loci, quâ dirigit æstus:  
 Quò cùm conruit, hæc eadem vis illius æstûs  
 Reliquias vitæ, membris ex omnibus, aufert;  
 Quippè etenim primò quasi quendam conciet æstum;  
 Posterius fit, uti, cùm jam cecidère, veneni  
 In fontes ipsos, ibi sit quoque vita vomenda,  
 Proptereà quòd magna mali sit copia circùm.

Fit quoque ut interdùm vis hæc atque æstus averni,  
 Aëra, qui inter aves cunque est terramque locatus,  
 Discutiat, propè uti locus hinc linguatur inanis:  
 Cujus ubi è regione loci venêre volantes,  
 Claudicat extemplò pennarum nisus inanis,  
 Et conamen utrinque alarum proditur omne:  
 Hic, ubi nictari nequeunt insistereque alis,  
 Scilicet in terram delabi pondere cogit  
 Natura, et vacuum propè jam per inane jacentes,  
 Dispergunt animas per caulas corporis omnes.

Que la Parque est ardente à trancher leurs destins !  
Et je n'irais encor que de si prompts venins,  
De tout être animé, hâtant les funérailles,  
S'exhalent, dans les airs, vomis de tes entrailles !

NON, non, et ces vapeurs d'un averne empesté,  
Où, de l'oiseau surpris, le vol est arrêté,  
Ces flots souillant, au loin, la région suprême,  
Enfantés dans ce gouffre, en sont vomis de même.  
D'abord l'oiseau, volant sur ce piège odieux,  
Droit et suivant leur cours, tombe du haut des cieux,  
Palpitant, éperdu, mais respirant encore.  
Bientôt, dans ce tombeau, dont l'horreur le dévore,  
Du poison meurtrier déchiré de plus près,  
Il meurt, il se dissout, succombant sous ses traits.

PEUT-ÊTRE, écartant l'air moins dense et plus fluide,  
Le torrent dangereux y forme un large vide,  
Où l'oiseau parvenu, chancelant, incertain,  
N'ayant où s'appuyer, flotte et s'agite en vain;  
Et, tombant de son poids, sur le Ténare infame,  
Par ses pores ouverts, sent écouler son ame.

FRIGIDIOR porrò in puteis æstate fit humor,  
 Rarescit quia terra calore, et semina si qua  
 Fortè vaporis habet, properè dimittit in auras:  
 Quò magis est igitur tellus affecta calore,  
 Hòc fit frigidior, qui in terrâ est abditus, humor;  
 Frigore cùm premitur porrò omnis terra coitque  
 Et quasi concrescit, fit scilicet, ut coëundo  
 Exprimat in puteos, si quem gerit ipsa, calorem.

Est apud Ammonis fanum fons, luce diurnâ,  
 Frigidus, at calidus, nocturno tempore, fertur;  
 Hunc homines fontem nimis admirantur, et acri  
 Sole putant, subter terras, ferviscere raptim,  
 Nox ubi terribili terras caligine textit;  
 Quod nimis à verâ est longè ratione remotum;  
 Quippè ubi sol, nudum contrectans corpus aquai,  
 Non quierit calidum superâ de reddere parte,  
 Cùm superum lumen tanto fervore fruatur;  
 Quî queat hic subter, tam crasso corpore, terram,  
 Percoquere humorem et calido sociare vaporî?  
 Præsertim cùm vix possit, per septa domorum,  
 Insinuare suum, radiis ardentibus, æstum?

QUÆ ratio est igitur? nimirùm terra magis quòd  
 Rara tenet circùm hunc fontem, quàm cætera tellus;  
 Multaque sunt ignis propè semina corpus aquai:  
 Hinc, ubi roriferis terram nox obruit umbris,  
 Extemplò subtùs frigescit terra coitque;  
 Hâc ratione fit ut, tanquam compressa manu sit,

Si le cristal des puits est plus frais dans l'été,  
C'est que, moins dense alors, de son sein dilaté,  
La terre rend à l'air les feux qu'elle recèle.  
Ainsi, plus elle s'ouvre à cette ardeur cruelle,  
Moins les eaux, dans ses flancs, conçoivent de chaleur;  
Mais lorsque resserrés, aux traits du froid vainqueur,  
Ses pores, à sa flamme, ont fermé toute issue,  
Ils l'expriment dans l'onde, où, mollement reçue,  
Elle attiédit bientôt le liquide élément.

O fontaine d'Ammon ! par quel enchantement,  
Si fraîche dans le jour, la nuit, es-tu brûlante ?  
Phébus, dit-on, Phébus, dans sa marche constante,  
Portant, sous d'autres cieux, ses feux étincelans,  
En passant sous ton urne, en échauffe les flancs.  
Quelle erreur ! quoi, ces feux, de cet autre hémisphère,  
Pénètrent, sans effort, l'épaisseur de la terre,  
Ces feux dont la chaleur perce à peine nos toits ;  
Et, du nôtre, élancés, l'embrassant à la fois,  
Sans milieu, sans obstacle, épanchés dans cette onde,  
Ils n'y peuvent porter leur ardeur plus féconde ?

NON, par le froid des nuits, le globe contracté,  
Ne versant plus, dans l'air, son feu répercuté,  
Le retient, le concentre, et plus rare et moins dense,  
Autour du lit obscur d'où la source s'élance,  
L'y transmet tout entier, comme exprimé soudain  
Par l'effort tout-puissant d'une divine main,

Exprimat in fontem quæ semina cunque habet ignis,  
 Quæ calidum faciunt laticis tactum atque saporem :  
 Indè , ubi sol radiis terram dimovit obortis,  
 Et rarefecit calido miscente vapore;  
 Rursùs in antiquas redeunt primordia sedes  
 Ignis, et in terram cedit calor omnis aquai:  
 Frigidus, hanc ob rem, fit fons in luce diurnâ.

PRÆTEREA, solis radiis jactatur aquai  
 Humor, et in luci tremulo rarescit ab æstu;  
 Propterea fit uti, quæ semina cunque habet ignis,  
 Dimittat, quasi sæpè gelum, quod continet in se,  
 Mittit, et exolvit glaciem nodosque relaxat.

FRIGIDUS est etiam fons, supra quem sita sæpè  
 Stupa jacet flammæ, concepto protinùs igni;  
 Tædaque, consimili ratione accensa, per undas  
 Conlucet, quòcunque natans impellitur auris:  
 Nimirùm quia sunt, in aquâ, permulta vaporis  
 Semina, de terrâque necesse est funditùs ipsâ,  
 Ignis corpora, per totum consurgere fontem,  
 Et simul expirare foràs exireque in auras,  
 Non tam viva tamen, calidus queat ut fieri fons.

PRÆTEREA, dispersa foràs erumpere cogit  
 Vis per aquam subitò, sursùmque ea conciliari :  
 Quod genus Aradius spirat fons dulcis aquai,  
 Qui scatit, et salsas circùm se dimovet undas,

Et, d'autant plus actif, qu'en cette sombre voûte,  
En ruisseaux plus féconds, il circulait sans doute :  
De là ces flots, au goût, au toucher attiédís ;  
Mais dès que, de l'aurore effaçant les rubis,  
Le soleil, par ses feux, vient dilater la terre,  
Rouverte à l'instant même à tous ceux qu'elle enserre,  
Elle les pompe encor vers son sein renvoyés,

D'AILLEURS, aux traits du jour, les flots raréfiés,  
Laissent fuir tous les leurs, comme, errans dans l'espace,  
Ces mêmes traits souvent, triomphant de la glace,  
Rendent l'onde à son cours, libre enfin de ses nœuds.

QUEL spectacle, peut-être encor plus merveilleux !  
Quelle est cette autre source aux antres de Dodone,  
Qui, froide quand j'y touche, à mon œil qu'elle étonne,  
Met en flamme l'étoupe, allume les flambeaux,  
Par ma main téméraire, approchés de ses eaux,  
Ou flottant sur leur sein, au gré d'un air volage ?  
Ah ! sans doute, du feu, la semence y surnage,  
Elancée et du flot, de son ardeur, empreint,  
Et du sol spongieux qui l'embrasse et l'étreint ;  
Trop peu vive en passant, pour échauffer ces ondes,  
Mais, échappée enfin de leurs prisons profondes,  
Assez pour s'assembler au dessus du bassin.

AINSI, de la mer même, et nourrie en son sein,  
Toujours douce, toujours aussi pure que saine,  
Jaillit, sans s'altérer, la source Aradienne ;  
Ainsi, sans partager l'amertume des flots,

Et multis aliis præbet regionibus æquor,  
 Utilitatem opportunam sitientibu' nautis,  
 Quòd dulces, inter salsas, intervomit undas.  
 Sic igitur per eum possunt erumpere fontem,  
 Et scatere illa foràs in stupam semina, quò cùm  
 Conveniunt, aut cùm tædai corpori adhærent,  
 Ardescunt faciè extemplò, quia multa quoque, in se,  
 Semina habent ignis stupæ tædæque tenentes.

NONNE vides etiam, nocturna ad lumina, lychnum  
 Nuper ubi extinctum, admoveas, accendier antè,  
 Quàm tetigit flammam tædamque pari ratione?  
 Multaque prætereà priùs ipso tacta vapore  
 Eminùs ardescunt, quàm cominùs imbuat ignis:  
 Hoc igitur fieri quoque, in illo fonte, putandum est.

QUOD superest, agere incipiam quo foedere fiat  
 Naturæ, lapis hic ut ferrum ducere possit,  
 Quem MAGNETA vocant, patrio de nomine, Graii,  
 MAGNETUM quia sit, patriis in finibus, ortus.

HUNC homines lapidem mirantur, quippè catenam  
 Sæpè ex annellis reddit pendentibus ex se;  
 Quinque etenim licet interdùm pluresque videre,  
 Ordine demissos, levibus jactarier auris,  
 Unus ubi, ex uno, dependet subter adhærens,  
 Ex alioque, alius lapidis vim vinclaque noscit:  
 Usque adedò permananter vis pervalet ejus.

Hoc genus in rebus firmandum est multa priùs, quàm  
 Ipsius rei rationem reddere possis;  
 Et nimiùm longis ambagibus est adeundum:

Sur leur dos , en tous lieux , roulent mille ruisseaux ,  
Du Nocher altéré l'espérance et la joie.  
Dodone , oui , c'est ainsi que ta source déploie  
Ces feux qui , réunis à l'étoupe , au flambeau ,  
Eux-même en recélant , mais comme en un tombeau ,  
S'irritent et bientôt les allument sans peine.

Telle , fumante encore à l'approche soudaine  
Du soufre bouillonnant qu'elle semble chercher ,  
Se rallume une lampe avant que d'y toucher.  
Qu'à d'autres corps , de loin , le feu peut se transmettre ,  
Avant que , de plus près , la flamme les pénètre !

Il faut t'apprendre enfin par quel attrait vainqueur  
La pierre que , des champs dont elle fait l'honneur ,  
La Grèce ingénieuse appela magnétique ,  
Attire à soi le fer qu'un amour sympathique  
Entraîne aussi vers elle , étonnant les Humains ;  
Par quel charme secret , échappé de mes mains ,  
Un anneau s'y suspend , un autre , un autre encore ,  
Formant tous une chaîne , et , d'un nœud que j'ignore  
Jusques à cinq et plus , si-bien liés entre eux ,  
Suspendus dans les airs , flottant sans entre-deux ;  
Tant , du premier pouvoir , la force est étendue !

Pour te bien dévoiler cette cause inconnue ,  
Il faut y remonter par les plus longs détours ,  
Et , d'un vaste système , appeler le secours.

Quò magis attentas aures animumque reposco.

PRINCIPIÒ, omnibus à rebus quascunque videmus,  
 Perpetuò fluere ac mitti spargique necesse est  
 Corpora, quæ feriant oculos, visumque lacessant;  
 Perpetuòque fluunt, certis ab rebus, odores,  
 Frigus ut à fluviis, calor à sole, æstus ab undis  
 Æquoris, exesor mœrorum, littora propter;  
 Nec varii cessant sonitus manare per aures;  
 Deniquè, in os, salsi venit humor sæpè saporis,  
 Cùm mare versamur propter, dilutaque contrà  
 Cùm tuimur misceri absinthia, tangit amaror:  
 Usque adeò, omnibus ab rebus, res quæque fluenter  
 Fertur, et in cunctas dimittitur undiquè partes;  
 Nec mora, nec requies inter datur ulla fluendi,  
 Perpetuò quoniam sentimus, et omnia semper  
 Cernere, odorari licet, et sentire sonorem.

NUNC omnes repetam quàm raro corpore sint res  
 Commemorare, quod in primo quoque carmine claret,  
 Quippè etenim, quanquam multas hoc pertinet ad res  
 Noscere, comprimis hanc ad rem protinùs ipsam  
 Quâ de disserere aggredior, firmare necesse est,  
 Nil esse in promptu, nisi mistum corpus hani.

PRINCIPIÒ, fit ut, in speluncis, saxa superna  
 Sudent humore, et guttis manantibu' stillent;  
 Manat item nobis, è toto corpore, sudor,  
 Crescit barba pilique per omnia membra, per artus;

Prête

Prête donc, à mes Chants, ton ame toute entière.

Et d'abord, souviens-toi que, de toute matière,  
S'écoulent, à jamais, d'invisibles torrens,  
Vapeurs, sons, et parfums plus ou moins déchirans,  
De nos sens affectés, le charme ou la torture.  
Le chaud vient du soleil, des ondes la froidure;  
Des mers, ce sel rongeur par qui sont assiégés  
Les rochers ou les murs dont ses bords sont chargés.  
Et qui n'en sent le goût, assis sur le rivage?  
Qui, de l'absinthe, hélas ! n'a pu sentir l'outrage,  
Sans y toucher lui-même, et la voyant broyer !  
Tant, sans repos, sans fin, tout corps doit envoyer,  
Doit lancer, en tout sens, d'émissions fécondes !  
Tant, par-tout, en tout temps, par ces subtiles ondes,  
Tout porte quelque atteinte à mille êtres divers !

RAPPELONS-NOUS encor ce qu'en mes premiers vers  
Je t'ai déjà prouvé; ce qui, dans ma carrière,  
Sur cent faits curieux, a porté la lumière,  
Et peut la porter seul sur celui qu'à l'instant  
Je vais développer à ton esprit flottant;  
Rappelons-nous, ami, qu'il n'est point de solide,  
Que tout corps est poreux, qu'il est par-tout du vide.

Et qui n'en peut juger par ces brillans filets  
S'échappant des rochers, dans les antres secrets;  
Par nos moites sueurs s'exhalant en fumée;  
Par les cheveux, la barbe en nos mentons semée;

Diditus in venas cibus omnes , auget , alitque  
 Corporis extremas quoque partes unguiculosque.  
 Frigus item transire per æs , calidumque vaporem  
 Sentimus ; sentimus item transire per aurum ,  
 Atque per argentum , cùm pocula plena tenemus.  
 Deniquè , per dissepta domorum saxea , voces  
 Pervolitant , permanat odos , frigusque , vaposque  
 Ignis ; quin ferri quoque vim penetrare suevit ,  
 Undiquè quà circùm corpus lorica coërcet.  
 Morbida vis quæcunque extrinsecùs insinuatur :  
 Et tempestates , terrâ coeloque , coortæ ,  
 E coelo emotæ terrâque , repentè facessunt ,  
 Quandoquidem nihil est , non raro corpore , nexum .

Huc accedit , uti non omnia quæ jaciuntur  
 Corpora cunque ab rebus , eodem prædita sensu ,  
 Atque eodem pacto , rebus sint omnibus apta :  
 Principiò , terram sol excoquit et facit are ,  
 At glaciem dissolvit , et altis , montibus , altè  
 Exstructas , ningues , radiis , tabescere cogit ,  
 Deniquè cera liquescit in ejus posta vapore ;  
 Ignis item liquidum facit æs aurumque resolvit ,  
 At coria et carnem trahit et conducit in unum ;  
 Humor aquæ porrò ferrum condurat ab igni ,  
 At coria et carnem mollit durata calore ;  
 Barbigeras oleaster eò juvat usque capellas ,

Par ce léger duvet répandu sur le corps ;  
Par l'aliment enfin qui lui rend ses ressorts,  
Et, circulant en lui jusqu'aux fibres extrêmes,  
Va former, agrandir, jusqu'à ses ongles mêmes ?  
Qui n'a point éprouvé, tenant un vase plein,  
Que le froid, que le chaud percent l'or et l'airain ;  
Que l'argent leur oppose une digue impuissante ?  
Qui ne sait que l'acier d'une armure pesante  
Défend mal le soldat de leurs traits importuns ;  
Que ces traits, que les sons, que les subtils parfums,  
Des murs les plus épais, vont pénétrer l'enceinte ;  
Que ces fléaux enfin, qui nous glacent de crainte,  
Ces pestes, ces poisons, ministres des enfers,  
Echappés, tout à coup, de la terre ou des airs,  
S'y replongent de même, en leur course rapide,  
Attestant que tout corps leur ouvre quelque vide ?

MAIS songe cependant que toute émission,  
Quoiqu'agissant toujours, n'a pas même action.  
Le soleil, dont l'ardeur dessèche nos campagnes,  
Amollit et dissout les neiges des montagnes,  
La cire, les glaçons répandus en torrens.  
Le feu qui fond et l'or et l'airain bouillonnans,  
Resserre et chairs et peaux, se roulans sur la braise.  
L'eau, qui durcit le fer sortant de la fournaise,  
Rend leur mollesse aux chairs, comme au cuir desséché.  
L'olivier, pour la chèvre, est un mets recherché,  
Est le nectar des Dieux, est leur pure ambroisie ;  
C'est, pour l'homme, un amer, que sa langue saisie,

Diffluat ambrosiâ quasi vero et nectare tinctus;  
 At nihil est, homini, fronde hâc, quod amarius extet;  
 Deniquè amaracinum fugitat sus, et timet omne  
 Unguentum; nam setigeris subus acre venenum est,  
 Quod nos interdùm tanquam recreare videtur;  
 At contrâ nobis coenum, teterrima cùm sit  
 Spurcicies, eadem subus hâc res munda videtur,  
 Insatiabiliter toti ut volvantur ibidem.

Hoc etiam superest, ipsâ quàm dicere de re  
 Aggredior, quod dicendum priùs esse videtur:  
 Multa foramina cùm variis sint reddita rebus,  
 Dissimili, inter se, naturâ prædita debent  
 Esse, et habere suam naturam quæque viasque;  
 QUIPPÈ etenim variis sensus animantibus insunt,  
 Quorum quisque suam propriè rem percipit in se;  
 Nam penetrare aliâ sonitus, aliâque saporem  
 Cernimus è succis, aliâ nidoris odores,  
 Propter dissimilem naturam textaque rerum:  
 Prætereà, manare aliud, per saxa, videtur,  
 Atque aliud per ligna, aliud transire per aurum,  
 Argentoque foràs aliud vitroque meare:  
 Nam fluere hâc species, illâc calor ire videtur;  
 Atque aliis aliud citiùs transmittere eadem:  
 Scilicet id fieri cogit natura viarum,  
 Multimodis varians, ut paulò ostendimus antè.

Que son palais surpris repousse avec horreur.  
Pour le sale pourceau , toute agréable odeur ,  
Tout parfum délicat de thim , de marjolaine ,  
Qui souvent rend la vie à qui respire à peine,  
Est un poison terrible et qu'il fuit en grondant ;  
Tandis qu'un tas de fange , un borbier dégoûtant ,  
Dont la vapeur me blesse et l'aspect me repousse ,  
Excite , en tous ses sens , une ivresse si douce ,  
Qu'il y revient sans cesse , et s'y roule à plaisir.

N'oublions pas sur-tout , si nous voulons saisir  
Et la cause et le jeu de l'effet qui nous frappe ,  
Que , de pores subtils et par qui tout s'échappe ,  
Tout corps est pénétré , mais tous divers entre eux ,  
Et , selon leur usage , ou droits ou tortueux.

Et ne le vois-tu pas dans les animaux même ?  
De leurs sens variés l'un fuit ce que l'autre aime ;  
Chacun a son objet. Discordans ou flatteurs ,  
Ici , passent les sons , là , percent les odeurs ;  
Ailleurs , charme ou tourment , la saveur est reçue ;  
Chaque route , à chacun , diversement tissue ,  
S'ouvre suivant leur forme et par diverses loix.  
Telle émanation peut traverser le bois ;  
Telle autre , sans effort , va pénétrer la pierre ;  
Telle enfin franchit l'or , et l'argent , et le verre.  
Ce dernier peut transmettre , en leurs forme et couleurs ,  
Les simulacres vains , brisés par-tout ailleurs ;  
Les autres , la chaleur , la piquante froidure.  
Tout pompe , tout transpire en toute la Nature.

QUAPROPTER, bene ubi hæc confirmata atque locata  
 Omnia constiterint nobis præpôsta, parata;  
 Quod superest, facilè hinc ratio reddetur, et omnis  
 Causa patefiet, quæ ferri pelliciat vim.

PRINCIPIÒ (parili formâ, parilesque meatus  
 Per vacuos, lapidis ferrique, hinc indè, cientur  
 Semina, se, efflictm, rapidis penetrantia plagis,  
 Ipso in concursu; quorum, cùm priva, in utrumvis  
 Confluxere, aliis alia implexa inque pedita,  
 Dissiliunt simul, atque, iterùm glomerata, coherent  
 In medio, et ferri nodum lapidisque coarctant.

Tùm porrò, alterutri quò plus est corporis, itur  
 Ad ferrum hòc citiùs lapidemve, ut plura resultant  
 Aut hinc, aut illinc primordia missa, neque ullum  
 Utrivis magis adfigi, sed utrumque putandum est  
 Alterum inurgere, ut minùs est cui ponderis in se.

PRÆTEREA) fluere, è lapide, permulta necesse est  
 Semina, sive æstum, qui discutit aëra plagis,  
 Inter qui lapidem ferrumque est cunque locatus;  
 Hoc ubi inanitur spatium, multusque vacefit  
 In medio locus, extemplò primordia ferri,

Tout est, selon les corps, leurs pores, leur tissu,  
D'un flux plus ou moins lent, ou transmis ou reçu.

SUR ces principes vrais d'une saine physique,  
Qui ne peut expliquer la force magnétique?

(D'ABORD, crois qu'en tout temps, de la pierre et du fer,  
Des élémens pareils se répandent dans l'air;  
Que, lancés de tous deux, par des pores semblables,  
Aisément, à leur cours, tous deux sont perméables.  
Lors donc qu'en un des deux, ceux de l'autre ont passé,  
Dans le sein de chacun, l'un dans l'autre enlacé,  
Soudain répercutés, ils en sortent ensemble.  
Bientôt, réunis tous au point qui les rassemble,  
Ils se mêlent encore, et, sans autre moyen,  
Du fer et de la pierre ils forment le lien.

SELON qu'un des deux corps présente plus de masse,  
Ce noeud, plus près de lui, se forme et s'entrelace,  
Par plus d'émissions, à l'instant resserré,  
Et l'un par l'autre enfin n'est pas plus attiré;  
Mais toujours le moins lourd va chercher le plus grave.)

PEUT-ÊTRE, d'un fluide, en ses veines, esclave,  
Et qui cherche un passage à ses flots bouillonnans,  
La pierre merveilleuse épanche les torrens;  
Que ces torrens, dans l'air, roulant d'un cours rapide,  
Vont, entre elle et le fer, former un large vide;

In vacuum prolapsa , cadunt conjuncta , fit utque  
 Annulus ipse sequatur , eatque ita corpore toto ;  
 Nec res ulla magis primoribus ex elementis  
 Indupedita suis arctè connexa cohæret,  
 Quàm validi ferri naturæ frigidus horror :  
 Quò minùs est mirum , quod paulò diximus antè ,  
 Corpora si nequeunt , de ferro , plura coorta  
 In vacuum ferri , quin annulus ipse sequatur :  
 Quod facit , et sequitur , donec pervenit ad ipsum  
 Jam lapidem , cæcisque , in eo , compagibus hæsit :

Hoc fit item , cunctas in partes , unde vacefit  
 Cunque locus , sive ex transverso , sive supernè ,  
 Corpora continuò , in vacuum , vicina feruntur :  
 Quippè agitantur enim plagis aliundè , nec ipsa ,  
 Sponte suâ , sursùm possunt consurgere in auras :

Huc accedit item , quarè queat id magis esse ,  
 Hæc quoque res adjumento , motusque juvatur ,  
 Quòd simul à fronte est annelli rarior aër  
 Factus , inanusque locus magis ac vacuatus ,  
 Continuò , fit uti , qui post est cunque , locatus  
 Aër , à tergo quasi provehat atque propellat :  
 Semper enim circùm positus res verberat aër ;  
 Sed tali fit uti propellat tempore ferrum ,  
 Parte quòd ex unâ spatium vacat , et capit in se :  
 Hic ubi , quem memoro , per crebra foramina ferri est  
 Parvas ad partes subtiliter insinuatus ,  
 Trudit et impellit , quasi navim velaque ventus .

Que , du fer , à l'instant , les élémens actifs  
S'y répandent en foule , et , toujours fugitifs ,  
Vers elle , sans obstacle , emportent l'anneau même :  
Eh ! dans ce dur métal , leur adhérence extrême ,  
Leurs tissus plus serrés , plus embrouillés , plus forts  
Qu'il n'en est , sous le ciel , dans aucun autre corps ,  
Ne les forcent-ils pas à tant de violence ,  
Et doit-on s'étonner , quand leur foule s'élançe ,  
Qu'elle perce le vide en son vol effréné ,  
De voir l'anneau , par eux , vers la pierre entraîné ,  
Par d'invisibles nœuds , s'y coller comme un lierre ?

Si ce vide , en tous sens , s'ouvre autour de la pierre ,  
Tout anneau , de tous lieux , n'y doit-il pas venir ,  
Suivant ses élémens prompts à s'y réunir ?  
Et si nul corps enfin ne monte par lui-même ,  
Quand il peut se soustraire à cette loi suprême ,  
Doit-il pas son essor à des chocs étrangers ?

D'AILLEURS , l'air si fluide , et ses torrens légers ,  
L'air où nagent les corps qu'il entoure , qu'il presse ,  
Que , de ses flots émus , il assiége sans cesse ,  
L'air , derrière le fer , tout à coup dilaté ,  
Le pousse , devant soi , vers ce vide emporté ;  
Comme le vent fougueux de l'Aurore ou de l'Ourse  
Pousse un vaisseau superbe , & dirige sa course.

DENIQUE res omnes debent , in corpore , habere  
 Aëra , quandoquidem raro sunt corpore , et aër  
 Omnibus est rebus circumdatus appositusque ;  
 Hic igitur , penitùs qui in ferro est abditus aër ,  
 Sollicito motu semper jactatur , eòque  
 Verberat anellum dubio procul , et ciet intùs .  
 Scilicet , atque eòdem fertur , quò præcipitavit  
 Jam semel , et quamquam in partem conamina sumpsit .

FIT quoque ut , à lapide hoc , ferri natura recedat ,  
 Interdùm fugere atque sequi consueta vicissim :  
 Exsultare etiam Samothracia ferrea vidi ,  
 Et ramenta simul ferri furere intùs , ahenis  
 In scaphiis , lapis hic magnes cùm subditus esset :  
 Usque adeò fugere , à saxo , gestire videtur :  
 Ære interposito , discordia tanta creatur ;  
 Propterea , quia nimirùm priùs æstus ubi æris  
 Præcepit ; ferrique vias possedit apertas ,  
 Posterior lapidis venit æstus , et omnia plena  
 Invenit in ferro , neque habet quà tranet , ut antè ;  
 Cogitur offensare igitur pulsareque fluctu  
 Ferrea texta suo ; quo pacto respuit ab se ,  
 Atque per æs agitat , sine eo quæ sæpè resorbet .

ILLUD in his rebus mirari mitte , quòd æstus  
 Non valet , è lapide hoc , alias impellere item res ;  
 Pondere enim fretæ partim stant , quod genus aurum ;  
 Ac partim raro quia sunt cum corpore , ut æstus ,

ENFIN tout corps est plein de vides tortueux ;  
 Cet air donc, en tout sens, doit circuler en eux,  
 Et celui que le fer recèle en ses entrailles,  
 Doit, dilaté de même, en presser les murailles,  
 Et, joignant son effort à l'autre impulsion,  
 L'entraîner tout entier par sa vive action.

MAIS que vois-je ? ô prodige ! il semble fuir la pierre,  
 Par elle, tour à tour, flottant dans sa carrière,  
